Κλυτὸς, ἡ, όν, vel κλυτὸς, ε, ὁ ᾗ ἡ, *vocalis, cujus vox audiri potest, strepitum edens, inclytus, clarus*; κλυτὴ, *alma*; à κλύω, *audio*.

Κλυτοτέχνης, ε, ὁ, *inclytus artifex*; ex κλυτὸς, *inclytus*, et τέχνη, *artificium*.

Κλυτότοξος, ε, ὁ ᾗ ἡ, *arcu et jaculis insignis*.

ΚΛΥ'Ω, *audio, morem gero, percipio, sentio*.

ΚΛΩΒΟ'Σ, ε, ἡ, *cavea avium*.

ΚΛΩ'ΖΩ, f. ξω, *clamo more graculorum*; item *explodo è theatro, sibilo*. Hinc Angl. TO CLUCK, sive CLOCK, gallinarum vox.

ΚΛΩ'ΘΩ, f. ώσω, *neo, torqueo, glomero*; et *fataliter destineo*; undè κεκλωσμένα dicuntur *fato destinata*. Hinc Angl. TO CLOTHE, &c.

Κλωθὼ, όος, ἡ, Parcarum natu minima, à κλώθω, quia filum vitæ *net*.

Κλωμακόεις, όεσσα, όεν, *asper, clivosus*; locus in quo sunt κλώμακες, à κλώμαξ, ακος, ὁ, *asperitas*, quod à κλίμαξ, quasi κλιμακόεις, *scalâ egens, ascensu difficilis*; vel ut alii à κλάω, *frango*.

ΚΛΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *ramus*, vel *surculus*, qui deputari solet: accus. singul κλῶνα, accus. plur. κλῶνας Hinc

Κλωνίον, ε, τὸ, *ramulus*: qu à κλάω, *frango*.

Κλωπᾶς, ᾶ, ὁ, nomen viri contract. ex Κλεόπας, *gloria patris*.

Κλῶπες, *fures*, nom. pl. à κλώψ, ωπὸς, ὁ, *fur* Th κλέπτω, *furor*.

Κλωπεύω, f. εύσω, *furor*, ab eod.

Κλωποπάτωρ, ορος, ὁ, *ex fure patre natus*: ex κλὼψ, *fur*, et πατὴρ, *pater*.

Κλῶσμα, ατος, τὸ, *filum*: à κλώθω, *neo*.

Κλωστὴρ, ῆρος, ὁ, *fusus*: ab eod.

Κλωστὴς, ε, ὁ, *qui fila deducit*: ab eod.

Κλὼψ, ωπὸς, ὁ, *fur*: vide κλῶπες.

Κμέλεθρα, τὰ, *trabes*: αἱ δοκοί.

Κμητὸς, ή, όν, *elaboratus, factus*: à κάμνω, *laboro, facio*.

Κναίω, *scindo*: vide κνάω.

Κνακὸς, Dor. pro κνηκὸς, *flavus, albus*. Th. κνῆκος, ε, ἡ, *species seminis*.

Κνάκων, *caper*: à colore, κνάκῳ.

Κνάμα, ας, ἁ, Dor. pro κνήμη, ης, ἡ, *crus*.

Κνάμπτω, *flecto, robore vinco*: κάμπτομαι, *malis frangor, succumbo*: à κάμπτω, *flecto*.

Κναμὸς, acc. pl. Dor. pro κνημοὺς, *colles*, vide κνημός.

ΚΝΑ'ΜΠΤΩ seu γνάπτω, f. ψω, p. φα, *carmino, carpo*, ut fullones, *pecto, polio*: undè Angl. THE NAP OF CLOTH, et TO KNAP.

Κνᾶσαι, Dor pro κνῆσαι, aor. 1. inf. act. verbi κνάω, *scindo, rado*.

Κναφεὺς, έος, ὁ, *fullo*: à κνάπτω.

Κνάφος, ε, ὁ, *carduus fullonicus*: ab eod.

Κναφήϊον, ου, τὸ, Ion. pro κνάφειον, *officina fullonica.*

ΚΝΑ'Ω, κναιω, κνίω, item κνήθω, *scindo, rado, scalpo, pruritum excito.* Hinc Angl. GNAW et GNASH.

Κνεφαῖος, αία, αῖον, *tenebrosus, obscurus* : à

ΚΝΕ'ΦΑΣ, ατος, τὸ, *caligo, tenebræ, crepusculum.*

Κνέωρον, herba quædam, quæ et κνέωρον, dicitur Plin. lib. 13. 21. qu. à κνίω, *rado* : quòd linguam mordet.

Κνῆ, *scalpsit,* Ion. pro ἔκνη, 3. sing. aor. 2. vel imperf. verbi κνῆμι. Th. κνάω, *scindo.*

Κνήθω, *scalpo, frico, titillo, uro, pruritum moveo, irrito, ad iram provoco;* f. κνήσω. p. κέκνησμαι, præs. pass. κνήθομαι, *prurio* : [*κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, 2 Tim. iv. 3. *auribus prurientibus.*] Th. κνάω, *scindo.*

Κνηκίας, ου, ὁ, *lupus* : à κνηκὸς, *flavus;* quia tali colore sunt lupi.

Κνηκὶς, ίδος, ἡ, *parva nubecula;* quia κνηκὴ, vide κνηκός.

ΚΝΗ'ΚΟΣ, ου, ἡ, *species quædam seminis,* vel *herba croco similis.* Hinc

Κνηκὸς, ἡ, όν, *flavus, inclinans in candidum.*

Κνῆμα, ατος, τὸ, *ramentum* : item *pruritus.* Th. κνάω, *rado.*

Κνήμαργος, ου, ὁ ξ ἡ, *cruribus albis præditus* : ex κνήμη, *tibia,* et ἀργὸς, *albus.*

ΚΝΗ'ΜΗ, ης, η, *tibia, crus.* Hinc Angl. KNEE. Ejus prior pars ἀντικνήμιον, posterior γαστροκνήμιον. Et *rotæ radius.*

Κνήμησι, dat. plur. Ion. pro κνήμαις, à κνήμη, *tibia.*

Κνημία, ας, ἡ, *radius rotæ.* Th. κνήμη.

Κνημῖδας, acc. plur. à κνημὶς, ίδος, ἡ, *ocrea* : ab eod. Th.

Κνημιδοφόρος, ου, ὁ ξ ἡ, *ocreis armatus* : ex κνημὶς, ίδος, ἡ, *ocrea,* et φέρω, *fero.*

Κνημὶς, ίδος, ἡ, *tibiale, ocrea* : à κνήμη.

Κνημὸς, ου, ὁ, *pars montis, quæ à pede ipsius ascendit* : ab eod.

Κνησίρα, ας, ἡ, *pannus rarus, per quem aliquid colatur,* et qu. raditur; à κνάω, *rado.*

Κνησθείην, a. 1. opt. pass. verbi κνήθω, *scalpo, frico;* f. σω, p. κα. Th. κνάω, *scindo.*

Κνηστὴρ, ῆρος, ὁ, *qui radit, occisor; radula* : ab eod. Th.

Κνηστήριον et κνῆστρον, *instrumentum quo raditur, radula,* ab eod.

Κνηστὶς, ίδος, ἡ, *lancinula, fistula, acus* : ab eod.

Κνῆσις, εως, ἡ, *culter,* ab eod.

Κνηστὸς, ἡ, όν, *rasus, sectus, concisus;* ab eod.

Κνήφη, ης, ἡ, *pruritus,* item *urtica* : quia κνᾷ. Vide κνίδη.

Κνίδειος κόκκος, *granum* CNIDIUM : fructus thymelæ, Theophrast. l. 9. c. 22. Th. κνίδιον, ου, τὸ, idem.

Κνίδη, ης, ἡ, *urtica* : quia κνίζει, *cum pruritu,* qu. *mordet.* Th. κνάω.

ΚΝΙ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, *grani species.*

Κνίδος, *oppid. Doridis in Caria* : et nomen fluvii.

Κνιζομένα, ας, ἁ, part. præs. pass. f. g. Dor. pro κνιζομένη, ἡ, *puncta, dolore affecta* : à

Κνίζω, *seco, rado, pruritum excito,* *urticæ in modum pungo* vel *uro, molestus sum, perdo.* Th. κνάω, *ardo.*

Κνιπολόγος, avis quæ κνῖπας λέγει, id est, *colligit et edit vermes qui ligna erodunt.* Alii scribunt κνιπολόχος, quòd iis *insidietur* : à λοχεύειν, *insidiari.*

Κνιπὸς, *parcus* : qui de necessariis quoque aliquid κνάει, et

Κνιπότης, ητος, ἡ, *pruritus* : à κνάω.

Κνὶς, κνιδὸς, *urtica,* à κνίζω.

Κνισᾶνλι, Dor. per Crasin. ex κνισάεντι, pro κνισήεντι, à κνισήεις, εντος, *nidore plenus.*

Κνίσδειν, Doricè pro κνίζειν, *pungere* : vide κνίζω.

Κνισμὸς, οῦ, ὁ, *pruritus, prurigo* : à κνίζω, *pruritum excito.* Th. κνάω, idem.

ΚΝΙ'ΣΣΑ, seu κνίσα, ης, ἡ, *nidor, pinguedinis incensæ fumus;* quia naris κνίζει, i. e. *pruritum excitat.*

Κνίσσαι, *pupugisse* : Poët. pro κνίσαι, a. 1. inf. act. verbi κνίζω, fut. ίσω. Th. κνάω, *scindo.*

Κνισσάω, f. ήσω, *nidore inficio,* seu *repleo;* item *vaporo, suffio,* de sacrificantibus; *fumo corrumpo.* Th. κνίσσα, *nidor.*

Κνισσήεις, vel κνισήεις ήεσσα, ῆεν, *nidore plenus, nidorem referens.*

Κνισσοδιώκτης, ου, ὁ, *qui nidorem sectatur, parasitus* : ex κνίσσα, *nidor,* et διώκω, *persequor.*

Κνισσος, ου, ὁ, *catillo,* qui κνίσσαν sectatur.

Κνὶψ, ιπὸς, ὁ, *culex, vermiculus, ex iis qui lignum vorant,* quia illud κνᾷ.

Κνὸς, contractè pro κνόος, ὁ, *gemitus axis in rotâ* : quum scil. κνάεται.

Κνόφος, idem quod γνόφος et κνέφας, quæ vid.

Κνῦ, *res minima* : q. κενόν τι.

Κνύζα, ης, ἡ, *scabies, prurigo* : à κνύζα, idem qu. κνάω, *scapo, scalpo, rado.*

Κνύζομαι, ῶμαι, *gannio* : à κνύω, idem quod. Th. κνάω, *rado.*

Κνυζεῦνται, Dor. pro κνυζοῦνται, 3. plur. præs. pass à

Κνυζάω et κνυζέω, *gannio;* f. ήσω, dict. de canibus. Th. κνάω, *scindo.*

Κνύζω, et κνύω, *rado, scalpo* : ab eod. Th.

ΚΝΩ'ΔΑΛΟΝ, ου, τὸ, *bestia, animans* : Pind. Pyth. X.

*Κνώδαξ, ακος, *fibula ferrea capitibus avium affixa*

Κνώδων, vel κνώδους, οντος, ὁ, *mucro,* seu *acies gladii, dentale in venabulo quod hominem ab apro tuetur.* Th. ὀδοὺς, *dens.*

Κνώσσω, *profundè dormio, sterto* : qu. à κενὰ et ὄσσε, *quum vacui sunt oculi, nec occupati de videndo* : derivatur ex ὄσσομαι pro ὄπλομαι, *video.*

Κνὼψ, *cæcus* : qu. κενὸς ὠπὶ, *vacuus visu* : ponitur per Pleonasm. τὸ κ, pro νὼψ, quod ex νη particulâ negativâ, et ὢψ, *oculus.* Th. ὄπτομαι, *video.*

ΚΟΑ'ΛΕΜΟΣ, *stolidus, amens.*

ΚΟ'ΑΞ, *rana* : à sono κοάξ, *quæ vox ranæ.*

Κοάω, *audio* : quod ex ἀκόω aut à κοίω, quod vide.

ΚΟ'ΒΑΛΟΣ, ου, ὁ, *vafer, maledicus, loquax, adulator* : qu. à κακόβαλος.

Κοβῖηρος, *ridiculus.*

ΚΟΒΥΛΙΣ, εως, ἡ, *radula, quâ caseus raditur.*

ΚΟ'ΓΧΗ, ης, ἡ, CONCHA, κόγχος, ου, ὁ ξ ἡ, idem, κογχύλιον, ου, τὸ, idem, κογχύλη, ης, ἡ, *ostreum, purpura.*

Κογχίτης, ου, ὁ, *lapis albus et mollis,* in quo κόγχοι, à præced.

Κόγχος, ου, ὁ ξ ἡ, *concha,* propriè *turbinata;* item *quod κόγχῳ simile sit; ut umbo clypei, cavitas, oculi, &c.*

Κογχύλη, ης, ἡ, *ostreum, purpura;* et

Κογχύλιον, ου, τὸ, CONCHYLIUM, *conchylii cruor, qui expeditur, ad infecturas* : et *ipsa lana aut vestis eo cruore infecta.* Th. κόγχη.

Κόδαλον, *piscis, mugil,* κεφαλίς.

ΚΟΔΟΜΕΥΩ, *hordeum frigo,* seu *torreo* : qu. à κοῶ, *uro.*

Κοδράντης, à *quadrante* Latino factum est, *quarta pars assis.*

Κοέω, *intelligo, sentio,* pro νοέω aut ex κοάω, pro καίω, quod vide.

ΚΟΘΟ'ΡΝΟΣ, ου, ὁ, COTHURNUS, *calceus utrique pedi et utrique sexui aptus;* inde *homo inconstans, &c.*

Κοθθρις, *vulpes* : et

Κοθθόρος, ου, ὁ ξ ἡ, *caudem abscondens,* et hinc *fucus,* quia aculeum non exerit; inde *iners, fur;* ex κεύθω et οὐρά.

ΚΟΙ', κοΐ, *vox porcellorum.*

Κοίῃ, Ion. pro ποίᾳ, scil. ὁδῷ, *quâ viâ, quâ ratione?* Sic et κοῖος, η, ον, Ion. pro ποῖος, *qualis?*

Κοικύλλω, *circumspicio,* ut sit κύκλῳ βλέπειν.

Κοιλάδος, gen. sing. à κοιλὰς, quod vide.

Κοιλαίνω, f. ανῶ, *cavo, exentero, detraho,* a. 1. ἐκοίλανα. Th. κοῖλος, *cavus.*

Κοιλὰς, άδος, ἡ, *vallis, caverna;* item *mare;* ab eod. Th.

Κοίλη, ης, η, *concavum, pars navis;* ab eod. Hinc Angl. A KEEL.

Κοιλήναντα, acc. sing. a. 1. part. act. verbi κοιλαίνω, *cavo.*

Κοίλῃς et κοίλῃσιν, dat. pl. Ion. pro κοίλαις, à κοῖλος, *cavus.*

ΚΟΙΛΙ'Α, ας, ἡ, *venter, alvus* : qu. à κοῖλος, *cavus.* Tum et *canalis, per quem aqua ducitur.*

Κοιλιακὸς, ἡ, όν, *laborans morbo fluidæ* κοιλίας, COELIACUS : à præced.

Κοιλιοδαίμων, ονος, ὁ ξ ἡ, *parasitus,* qui κοιλίᾳ servit ut δαίμονι, cujus *venter Deus* est

Κοιλιόδεσμος, ου, ὁ, *ventrale* : qu. *vinculum ventris;* quod supra κοιλίαν δεῖται.

Κοιλόπεδος, ου, ὁ ξ ἡ, Epithetum loci *qui cavam planitiem habet* : ὁ κοῖλον πέδον ἔχων.

ΚΟΙ'ΛΟΣ, κοίλη, κοῖλον, *cavus, concavus, depressus* : κοῖλος ἄργυρος, *argentum vivum,* quia tangenti se aperit et *cavum* exhibet; nisi potiùs sit *urgentum excavatum sive cœlatum* : κοῖλον, *vola, cavum pedis;* τὰ κοῖλα, ων, *ilia, cava lateris.* Hinc COELUM, apud Lat. à concavitate : et hinc Angl. TO COIL UP, i. e. ita convolvere, ut in medio relinquatur κοιλότης. Id quod in funibus nauticis et anguibus convolutis videre est.

Κοιλοσταθμέω, *facio* κοιλόσταθμον : *for-*

nico, camero: f. ήσω, a. 1. ἐκοιλοσάθμησα, ας, ε: à

Κοιλόσαθμος, ε, ὁ ξ ἡ, *cava habens stabula, laqueatus, contignatus*: ex κοῖλος, *cavus*, et σάθμος, *stabulum*.

Κοιλοσομία, ας, ἡ, *vitium illud quo vox in ore quasi in specu obscuratur, et velut in recessu auditur*. Quint. l. 1. c. 9. à

Κοιλόσομος, ε, ὁ ξ ἡ, *qui quasi cavo ore loquitur*: ex κοῖλον, *cavum*, et σόμα, τό, ος.

Κοιλοσυρία, ας, ἡ, *COELOSYRIA*, regio sic dicta, Syriæ pars.

Κοιλότης, ητος, ὁ, *cavum*: à κοῖλος.

Κοιλόω, f. ώσω, *cavo*: à κοῖλος.

Κοίλωμα, ατος, τό, *cavum, ulcus in corneâ tunicâ oculi, mare*; item *alveus fluminis*; à præced.

Κοιμᾶθ', pro ἐκοιμᾶτο, *dormiebat*, 3. sing. imperf. pass. Ion. à

ΚΟΙΜΑ'Ω, -ῶ, f. ήσω. p. ηκα, *sopio, in lecto colloco*: præs. pass. κοιμάομαι, -ῶμαι, *dormio, obdormio, morior*: præs. part. κοιμαόμενος, -ώμενος, perf. pass. κεκοίμημαι, perf. part. pass. κεκοιμημένος, η, ον, *mortuus*: a. 1. pass. ἐκοιμήθην, ης, η, f. 1. pass. κοιμηθήσομαι. Hinc

Κοιμηθεὶς, εῖσα, ὲν, *sopitus*, a. 1. part. pass. et

Κοιμηθῆναι, a. 1. inf. pass. et

Κοιμηθήτω, a. 1. imperat. pass. verbi κοιμάω.

Κοιμήσαντο, 3. pl. Ion. a. 1. m. et

Κοιμήσασθε, *cubate* 2. pl. a. 1. imperat. m. ejusd.

Κοίμησις, εως, ἡ, *somnus, mors*: et

Κοιμητήριον, ε, τό, *COEMETERIUM, locus in quo dormitur* vel *sepelitur*: à κοιμάω.

Κοιμίζω, idem quod κοιμάω, q. v.

Κοινάομαι, -ῶμαι, Pind. pro κοινόομαι. Th. κοινός, *communis*.

*Κοινὰ 'Ασίας, *certamini communiter Asiæ* proconsularis, urbium impensis et communi earum concursu celebrata, modo Smyrnæ, Ephesi, Pergami, &c. habitæ. Quæ inter regiones Ioniam, Lydiam, Cariam, Phrygiam, Mysiam, Æoliam, continebatur, iis præsidebat Asiarcha, et victores civicâ coronabantur, ut ex eorum superstitibus nummis patet. Vid. Vaill. de Num. Græcis, p. 337. Spanh. de Præst. Num. Diss. ix. l. iv. p. 610. Ed. fol.

*Κοινὸν 'Ασίας, *commune Asiæ*, sic dictum corpus fœderatum civitatum quæ supradictam societatem inibant. V. Reines. Insc. v. 22.

Κοινάσαντες, Dor. pro κοινώσαντες, vel pro κοινώσαντες, ut alii: nom. pl. a. 1. part. act. verbi κοινέω, vel κοινόω, *communico*: f. ώσω, ab eod. Th.

Κοινῇ, *communiter*: adv. à κοινός.

Κοινοῖ, dicitur in 3. sing. præs. ind. act. contract. pro κοινόει: et in 3. sing. præs. sub. act. contr. pro κοινόῃ: et in 3. sing. præs. opt. act. contr. pro κοινόοι. Et in 2. sing. præs. ind. et sub. med. et pass. contr. pro κοινόῃ: à κοινόω, quod vide.

Κοινολογέομαι, vel κοινολογίομαι, *aliquid cum aliquo communico*: ex κοινός et λέγω, *dico*.

Κοινολογία, ας, ἡ, *collocutio, consultatio*: expon. et *conjuratio*; ex iisd.

Κοινολογίζομαι, *colloquor*.

*Κοινόμυια, ας, ἡ, *cœnomia*, Hieron. *omne genus muscarum*. Exod. viii. 21. in lxx. Ps. lxxviii. 45. idem quod παμμυιὰ apud Aquilam, ex κοινός, et μυῖα. Rectiùs tamen forsan ut in Editt. legitur κυνόμυια.

ΚΟΙΝΟ'Σ, ἡ, όν, *communis, publicus, vulgaris, societate gaudens; profanus, impurus, immundus*, per Hebr. *facilis, comis*, ut Lat. *communis*; *æquus, justus*, de judice. Hinc τὸ κοινὸν, vel τὰ κοινὰ, *respublica, commune commodum*.

Κοινότης, ητος, ἡ, *communitas, consortium, societas, lenitas, facilitas*: à præced.

Κοινόω, -ῶ, *communico, commune reddo, impertio, confero cum aliquo*; item *polluo, inquino, pro impuro habeo*, f. ώσω, perf. κεκοίνωκα· a. 1. ἐκοίνωσα· a. 1. inf. act. κοινῶσαι· ab eod. Th.

Κοινῷ, dat. sing. à κοινός.

Κοινὼν, ῶνος, ὁ, Poët. pro κοινωνός, *socius*, q. v.

Κοινωνέω, -ῶ, *communico, impertio, particeps sum*, f. ήσω, perf. κεκοινώνηκα· a. 1. ἐκοινώνησα. Th. κοινός, *communis*.

Κοινωνήσασι, dat. plur. a. 1. part. act. κοινωνήσας, αντος, verbi præced.

Κοινωνία, ας, ἡ, *communio; beneficentia: eleemosyna*. Th. κοινός.

Κοινωνικός, ἡ, όν, *sociabilis, non difficilis, non fastuosus, qui est facilis convictûs*: à

Κοινωνὸς, ε, ὁ ξ ἡ, *socius, particeps*, in dat. pl. κοινωνοῖς. Th. κοινός.

Κοινωνῶσιν, 3. pl. præs. ind. verbi κοινωνέω.

Κοινῶς, adv. *communitèr, uno animo*.

Κοινότερος, comp. grad. à κοινός.

*Κοινωφέλεια, ας, ἡ, *publica utilitas*; ex κοινὸς et ὠφελέω, *prosum*. D. S.

ΚΟΙ'ΞΞ, ῖκος, ὁ, *palmæ arboris quædam species*.

Κοιόλης, *sacerdos*, qui et κοίης.

Κοῖος, *qualis*, Æol. pro ποῖος· et

Κοῖος, ε, ὁ, *COEUS, filius Coeli et Terræ: pater Latonæ*. Hes. Th. 135. et 405.

Κοιοφόρος, *gravida*, quia κοῖος, id est κῦος φέρει.

Κοιρανέοντα, acc. sing. part. præs. verbi κοιρανέω.

Κοιρανέοντι, Dor. pro κοιρανέεσι, *regunt, gubernant*, à

Κοιρανέω, *impero, princeps sum*, f. ήσω, p. κεκοιράνηκα· à

ΚΟΙ'ΡΑΝΟΣ, ε, ὁ, *princeps, dominus*: quod à κῦρος, *auctoritas*, quam dominator habet in subditos: hinc κοιρανέω, *dominor, impero*: est et

Κοίρανος, ε, ὁ, COERANUS, auriga Merionæ. Hom. Il. 17.

ΚΟΙΣΥΡΑ, *uxor Alcmæonis Atheniensis, nobilis et opulenta, sed luxuriosa*.

Κοιταῖος, αία, αῖον, *qui it cubitum, qui lectum petit*; κοιταῖον γίνεσθαι, *cubare, noctu jacere*. Th. κοίτη, *lectus*

Κοιτάζω, et κοιτάω, *in lecto colloco*; et præs. med. κοιτάζομαι, *jaceo, in lecto cubo*: à κοίτη.

Κοιτάξατο, Dor. pro ἐκοιτάσατο, 3. sing. a. 1. m. verbi κοιτάω, vel κοιτάζω, *dormio*, f. σω, et ξω· hinc a. 1. ἐκοίταξα.

ΚΟΙ'ΤΗ, ης, ἡ, *cubile, lectus*; κοῖται, ῶν, αἱ, *libidines*; qu. à κεῖμαι, *cubo*; hinc

Κοιτίον, ε, τό, *dormitorium, cubiculum*.

Κοιτὶς, ίδος, ἡ, *parva κοίτη, lectulus*, specialitèr *capsula in quâ mundus muliebris servatur*: à præced.

Κοῖτον, acc. sing. à

Κοῖτος, ε, ὁ, *cubile*; *somnus in cubili*. Th. κοίτη· item

Κοιτὼν, ῶνος, ὁ, *cubiculum*, et

Κοιτωνίτης, ε, ὁ, *cubicularius*: ab eod.

Κόκαλον, ου; corona pretiosa κόκαλα ὅσια.

Κόκκινος, η, ον, COCCINUS *coccotinctus*: à

ΚΟ'ΚΚΟΣ, ε, ὁ, *granum, bacca*, COCCUS, *color* ex cocco factus *puniceus*, undè etiam pro *purpura* sumitur.

ΚΟΚΚΥ'ΑΙ, et κοκύαι, ῶν, οἱ ξ αἱ, *avi, majores*.

Κοκκύζει, *canit*, 3. sing. præs. ind. à

Κοκκύζω, COCCUZO; *canto ut cuculus* vel *gallus*: à κόκκυξ, q. v.

Κοκκύμηλον, *prunum præcox, malum quod coccygis vocant*: ex κόκκυξ, q. v. et μῆλον, *malum*. Th. μηλέα, *malus arbor*.

ΚΟ'ΚΚΥΞ, υγος, ὁ, CUCULUS à sono, Angl. CUCKOO: *piscis quidam grossus, galea, herba quædam, os in imo sacri ossis*.

Κοκκύσδειν, Dor. pro κοκκύζειν.

Κοκῶ, *celeritèr*, Att. undè fortasse Angl. QUICK.

Κόλα, ἡ, *venter*; Suid. sive quia κόλον, id est, *escam* capit, sive quia κοίλη.

Κόλαβος, *offula, buccea parva*; à κόλον, *cibus*.

Κολαβρίζω, Græcis σκιρτάω, *lascivi salto*: indè genus saltationis petulantis et lascivæ κολαβρισμὸς est dictus. Sic Job v. 4. κολαβρισθείησαν, vertitur καταλάσθησαν, à Sym. ταπεινωθήτωσαν.

Κόλαβρος, ε, ἡ, *porcellus, obscœna cantio*.

ΚΟΛΑ'ΖΩ, *punio, castigo*, [**reprimo*; ἄρχει τε ἅρματος ξ κολάζει τὰς τῶν ἵππων ὁρμάς, *currum regit, et impetum reprimit equorum*,] f. σω, perf. κεκόλακα. præs. pass. κολάζομαι, *punior, pœnas do*; a. 1. med. ἐκολασάμην, ω, ατο. a. 2. sub. m. κολάσωμαι, η, ηται p. pass. κεκόλασμαι, σαι, σαι.

Κόλακας, acc. pl. à κόλαξ, ακος, ὁ, *adulator*.

Κολακεία, ας, ἡ, *adulatio, assentatio*; à κολακεύω, *adulor*. Th. κόλαξ.

Κολακεύσῃ, 3. sing. a. 1. sub. act. verbi κολακεύω.

Κολακευτέος, έα, έον, *cui blandiendum est*, adj. verbale; à

Κολακεύω, *adulor, assentor*, f. εύσω, p. κεκολάκευκα· a. 1. ἐκολάκευσα. Th. κόλαξ.

Κολακὶς, ίδος, ἡ, *assentatrix*.

Κολακρέται, vel κωλακρέται, et κωλαγρέται, *civilium pecuniarum quæstores*.

ΚΟ'ΛΑΞ, ακος, ὁ, *adulator, parasitus*; à κόλον, *cibus*, quem quærit.

ΚΟ'ΛΑΠΤΩ, f. ψω, *tundo, tundendo excavo, scalpo, sculpo*: quod à κοῖλος, *cavus*.

ΚΟ'ΛΑΡΙΣ, εως, ὁ, *animal ululis inimicum*.

Κόλασις, εως, ἡ, *supplicium cruciatus, punitio*, [**amputatio arborum*

luxuriantium, obstaculum, 1 Joan. iv. 18. ὁ φόβος κόλασιν ἔχει, *timor habet obstaculum*, ubi Grot. legi vult κώλυσιν, Male. Ὁ δὲ Ἄππιος ἀδημονῶν ἐπὶ τῇ παρ' ἐλπίδας τῆς κολάσεως. Halic. Ant 1. xi. p. 497. *Appius insperatò isto obstaculo perturbatus*, Sylburgius contra fidem Codd. legi vult κωλύσεως, V. Bos. Exerc. Phil.] à κολάζω, *punio*.

Κόλασμα, ατος, τὸ, *animadversio, cruciatus, pœna*, et

Κολασμὸς, ȣ, ὁ, *pœna, punitio*, et

Κολαστήριον, ȣ, τὸ, *carcer, locus supplicii, tormentum*: à κολάζω, *punio*.

Κολάσωνται, 3. pl. a. 1. sub. m. verbi κολάζω, *punio*.

Κολαφίζω, *alapam alicui infringo, colaphum infligo*, f. ίσω, p. κεκολάφικα, hinc præs. pass. κολαφίζομαι, *colaphis cædor*: à seq. Th κολάπτω, *tundo*.

Κόλαφος, ȣ, ὁ, *COLAPHUS, alapa*. Th. κολάπτω, q. v.

Κολεοῖιν, gen. dual. Poët. pro κολεοῖν, à κολεὸς, ȣ, ὁ, *vagina*.

Κολεοῖο, gen. Ion. à

ΚΟΛΕΟ'Σ, et Ion. κȣλεὸς, ȣ, ὁ, *vagina, CULEUS*: qu. κοιλεὸς, à κοῖλος, *cavus*.

ΚΟΛΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *glaber*: hinc

Κολεραὶ, ὄϊες, *oves glabræ* seu *brevem lanam habentes*, apud Aristot. Hist. An.

ΚΟΛΕΤΡΑ'Ω. *proculco*.

Κολία, *saltatio quædam*.

ΚΟΛΙ'ΑΣ, ȣ, ὁ, *piscis quidam*.

Κολιάω, *salto*, Hesych.

ΚΟ'ΛΛΑ, et κόλλη. ης, ἡ, *gluten*; quasi à κλείω, *claudo*.

Κόλλαβος, ȣ, ὁ, *epitonium chordarum; verticillus citharæ, lyræ, &c.* à κόλλοψ· est et

Κόλλαβος, ȣ, ὁ, *panis genus*. Th idem.

Κολλάω, *glutino*: f. ήσω, p. κεκόλληκα, præs. pass. κολλάομαι, -ῶμαι, *agglutinor, adhæreo*, cum dat. a. 1. pass. ἐκολλήθην, ης, η, a. 1. part. pass. κολληθεὶς, ἕντος. Th. κόλλα, *gluten*.

Κολλέψης, qui κόλλαν ἕψει, *glutinum coquit*.

Κόλλη, ης, ἡ, *gluten*. Vide κόλλα.

Κολλήεις, ήεσσα, ῆεν, *glutinatus*. Th. κόλλα, *gluten*.

Κολλήθητι, *adjunge*, a. 1. imperat. pass. verbi κολλάω, quod vide.

Κόλλησις, εως, ἡ, *glutinatio, concinnatura, applicatio cucurbitulæ, Figura Rhetorica*, à κόλλα.

Κόλλιξος, *panis Ægyptius*.

Κολλητὴς, ȣ, ὁ, *glutinator*, et

Κολλητὸς, ή, όν, *conglutinatus, benè compactus*: à κολλάω, *glutino*.

Κόλλιξ, quod et κόλιξ, *panis rotundus, pastillus*: à κόλον, *esca*.

Κολλύριον, ȣ, τὸ, *collyrium*, idem quod κολλύριον.

ΚΟ'ΛΛΟΨ, οπος, ὁ, *corium durius in cervicibus et dorsis boum*, &c. in pl. κόλλοπες, dicuntur *verticilli citharæ*, quibus chordæ intenduntur. Hinc Anglicè forsan COLLOPS.

Κολλυβιστὴς, ȣ, ὁ, *nummularius, trapezita*: à

ΚΟΛΛΥ'ΒΟΣ, ȣ, ὁ, *COLLYBUS, species numismatis*; bos in numismate parvo sculptus quasi κολλώμενος βȣς. Sumitur et pro *permutatione*: hinc vox præced.

ΚΟΛΛΥ'ΡΑ, ης, ἡ, *panis parvus, crustum, COLLYRA*.

Κολλυρίζω, f. ίσω, *opus pistorium facio, placentas pinso*, à præced.

ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, sive κολλύριον, ȣ, τὸ, *COLLYRIUM, genus medicamenti oculorum, quodvis medicamentum oculorum: quod adhibebatur ad resignandas literas, ne fraus sentiretur*.

ΚΟΛΛΥΡΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, *avis nomen*

Κολόβιον, ȣ, τὸ, *COLOBIUM, subucula*: quia κολοβὸν, *sine manicis*.

Κολοβόκερκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *caudâ truncatus*: ex κολοβὸς, *mutilus*, et κέρκος, ȣ, ἡ, *cauda*.

Κολοβὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *mutilus, truncus*. Th. κολύω, *amputo*. Hinc

Κολοβόω, -ῶ, *decurto, mutilo, trunco, contraho*; f. ώσω, p. κεκολόβωκα, a. 1. pass. ἐκολοβώθην, ης, η, f. 1. pass. κολοβωθήσομαι, η, εἶαι.

Κολοβωθήσονται, 3. pl. f. 1. pass. verbi præced.

Κολοιάω, *graculorum modo vocem edo*: à

ΚΟΛΟΙΟ'Σ, ȣ, ὁ, *graculus, monedula*.

ΚΟΛΟΚΑΣΙ'Α, ας, ἡ, et

Κολοκάσιον, ȣ, τὸ, *fabæ Ægyptiæ radix*.

ΚΟΛΟΚΥ'ΝΘΗ, sive κολοκύνθη, ης, ἡ, *cucurbita*.

Κολοκυνθὶς, ίδος, ἡ, *cucurbita caprina*, vel *Alexandrina*, vel *cucumer amarus*: à præced.

Κολοκύντη, ης, idem quod κολοκύνθη.

ΚΟ'ΛΟΝ, ȣ, τὸ, *cibus, intestinum*, pro κῶλον.

Κόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *mutilus, truncatus*: à κολύω, *amputo*.

Κολοσσαὶ, ῶν, αἱ, *Colossæ*, urbs Phrygiæ, in Asiâ min.

*Κολοσσαῖος, αια, αῖον, *Colosso magnitudine æqualis*. D. S. à

ΚΟΛΟΣΣΟ'Σ, ȣ, COLOSSUS, Rhodi, *statua immensæ magnitudinis*.

Κολοσυρτὸς, ȣ, ὁ, *strepitus sarmentorum quum per terram trahuntur, strepitus, turba, tumultus*: ex συρω, *traho*, et κολὸς, antiq. *strepitus*.

Κόλουροι, οἱ, COLURI, sic in sphæricâ doctrinâ vocantur *duo circuli majores, quorum alter transit puncta Æquinoxiorum, alter Solstitiorum, mutuò se secantes in polis mundi ad angulos rectos sphæricos*: ita dicti quod semper altera eorum pars sub horizonte lateat: à

Κόλουρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *caudâ mutilus, truncus*: qu. κόλος ȣρὰν.

ΚΟΛΟΥΤΕ'Α, ας, ἡ, COLUTEA, *arbor*; si quis eam *mutilet*, ipsa moritur: ergo à

ΚΟΛΟΥ'Ω, *amputo, decurto, imminuo, debilito*, f. ώσω, p. κα, hinc κόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *mutilus*; κολοβὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem; κολοβόω, *mutilo*; κολόβιον, ȣ, τὸ, *tunica*.

ΚΟΛΟΦΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *fastigium, summa manus, finis*: hinc

Κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, COLOPHONEM, seu *ultimam manum imponere*.

ΚΟ'ΛΠΟΣ, ȣ, ὁ, *sinus, gremium*: à κοῖλος, quia *cavus*. Hinc Angl. GULF, de mare sinu.

Κολπόω, -ῶ, f. ώσω, *in sinus contraho, sinum efficio*: à præced.

Κόλπωμα, ατος, τὸ, *loculus sinuosus, vestis sinuosa*: à præced verbo.

*Κόλπωσις, εως, ἡ, *sinuatio*: ab eod.

ΚΟΛΥΜΒΑ'Ω, -ῶ, *nato, aquas subeo*, f. ήσω, p. κεκολύμβηκα· qu. κολυμφάω, à κολὸς, *mutilus*, et φάω, *appareo*; nantes enim *mutili apparent*: hinc

Κολυμβήθρα, ας, ἡ, *piscina, locus ubi natare possumus*: à præced.

ΚΟΛΥΤΕ'Α, ας, ἡ, *arbor quædam Idæa*, diversa à κολȣτέα, de quâ suprà.

ΚΟΛΧΙΚΟ'Ν, ȣ, τὸ, COLCHICUM, *herba quædam venenata* à regione *Colchorum*.

Κόλχοι, ῶν, οἱ, *Colchi*, Asiæ populi.

Κολωνία, ας, ἡ, nomen urbis. Lat. *Colonia*.

*Κολωνία, ας, ἡ, *colonia*, Act. xvi. 12. quâ voce Ptolemæus utitur.

Κολώνη, ης, ἡ. idem quod.

ΚΟΛΩΝΟ'Σ, ȣ, ὁ, *tumultus, collis*: qu. κωλυωνὸς, à κωλύω, qui celerem progressum itinerantium *impedit*.

Κολωὸς, ȣ, ὁ, *strepitus, tumultus*; à κολοιὸς, *graculus*.

ΚΟ'ΜΑΡΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *arbutus*; est et κόμαρος, vel κόμμαρος, pro κάμαρος, *piscis*.

Κομάσαι, Dor. pro κομῆσαι, *comam ferat*, 3. sing. aor. 1. opt. act. à

Κομάω, -ῶ, *comatus sum, comam alo*, f. ήσω, p. κεκόμηκα hinc κομᾶν ἐπὶ τυραννίδι, *tyrannidem affectare*, Herod. Th. κόμη.

Κομβέω, *somam edo*, puto crepitu malarum.

ΚΟ'ΜΒΟΣ, ȣ, ὁ, *nodus* in culmis et arundine, in vestitu *ad ornâtum, marsupium, crumena*: hinc

Κομβόω, -ῶ, f. ώσω, *nodum necto*: à præced.

Κομεῖν, præs. inf. verbi κομέω.

Κομεῖτην, Ion. pro ἐκομείτην, 3. dual. imperf. act. à

ΚΟΜΕ'Ω, -ῶ, f. ήσω, *curam gero, nutrio, alo*: κομέεσκε, *curabat*, 3. sing. imperf. Ion. pro ἐκόμεε, ἐκόμει.

ΚΟ'ΜΗ, ης, et Dor. κόμα, ἡ, COMA, *cæsaries culta*; quod à κόπτω, *seco*, ut *cæsaries* dicitur à *cædendo*; vel à κομέω, *curam gero, alo, orno*: [*κόμη τριχῶν, *coma capilli*, Epicharm. de Monichis crinitis, et Num. vi. 5. ut debuit legi, non τρέφων κόμην τρίχα, Salm. de Cæsarie, p. 243.] Hinc Angl. A COMB, TO COMB, &c.

Κόμης, *comes, præfectus*: à Lat. *comes*.

Κομήτης, ȣ, ὁ, *comatus, crinitus*; dicitur κομήτης, subaud. ἀστὴρ, *stella crinita*, COMETA. Th κόμη, *coma*.

*Κομιδῆ, *admodùm, vehementèr*.

Κομιδὴ, ῆς, ἡ, *actio*, τȣ κομίζονλος, *cura, diligentia, advectio*; *receptio*: à κομίζω, q v.

Κομιεύμεθα, Ion. et Dor. pro κομιούμεθα, 1. plur fut. 1. med. Att. verbi.

Κομίζω, *curo, fero, porto, adporto, adveho, duco, effero sepeliendi causâ*: præs. imperat. κόμιζε· fut. ίσω, p. κεκόμικα· a. 1. ἐκόμισα· præs. med. κομίζομαι, *accipio, recipio, revertor, proficiscor*; imperf. ind pass. ἐκομιζόμην, ȣ, -ίlo. *ferebar, -aris, -atur*: f. 1. m. κομίσομαι, et Att. κομιοῦμαι, a. 1. m. ἐκομισάμην, ω, ato, *obtinui*: a. 1. m. imperat. κόμισαι. Th. κομέω, *curo*.

Κομίξαι, Dor. pro κομίσαι, *reducere*: a. 1. inf. act. et

Κομίξας, αντος, Dor. pro κομίσας, a. 1. part. act. à κομίζω.

Κομιοῦμαι, ῇ, εῖται, f. 1. m. Att. pro κομίσομαι, et κομιῶ, f. 1. act. pro κομίσω, verbi ejusd.

Κόμισαι, κομισάσθω, a. 1. imperat. m. in 3. pl. κομισάσθωσαν· et

Κομίσαντο, 3. pl. Ion. a. 1. m. et

Κομίσασθαι, a. 1. inf. m. verbi κομίζω.

Κομίσηται, 3. sing. a. 1. sub. m. ejusd.

Κομισθῆναι, a. 1. inf. pass. ab eod.

Κομιῶ, Att. pro κομίσω, f. 1. act. ejusd.

Κόμμα, ατος, τὸ, *segmen, pars minima*, et *orationis fragmentum*; accipitur et pro *moneta*: à κέκομμαι, perf. pass. verbi κόπτω, *scindo*.

ΚΟ'ΜΜΙ, τὸ, GUMMI, *lacryma arborum quarumdam siccata*.

ΚΟΜΜΟ'Σ, ȣ, ὁ, *ornatus nimis accuratus et supervacaneus, nitor fucatus, fucus*.

Κομμὸς, οῦ, ὁ, *planctus*: sed κόμμος, *dens molaris*: utrúmque à κόπτω.

Κομμόω, -ῶ, f. ώσω, *fuco*, propriè et tropicè. Th. κομμός.

Κομμωτὴς, οῦ, ὁ, *comptor, mango*,

Κομόωντι, *comam habent*: Dor. pro κομῶσι, 3. pl. præs. verbi κομάω.

Κομπάζω, *crepito, glorior, jacto*: et

Κομπασμὸς, ȣ, ὁ, *jactantia*: et

Κομπαστὴς, οῦ, ὁ, *jactator*, à κομπάζω, et

Κομπέω, *crepito, glorior, jacto*: à

ΚΟ'ΜΠΟΣ, ȣ, ὁ, *crepitus*, propriè *apri dentes acuentis, sonitus, jactantia*.

Κόμψευμα, ατος, τὸ, *scitamentum, speciosus sermo*: à

Κομψεύω, seu potius κομψεύομαι, *scitè dico* aut *facio, scitè cavillor*: à

ΚΟΜΨΟ'Σ, ἡ, ὸν, *scitus; elegans; bellus, facetus, loquaculus; vafer*: compar. κομψότερος, α, ον, *elegantior*. [*Hinc Lat. COMIS, quæ vox ab origine fuit COMS. Markl. Q. Gram. p. 134. ed. 2.]

Κομψότης, ητος, ἡ, *elegantia*; à præced.

Κοναβέω, -ῶ, f. ήσω. et κοναβίζω, f. ίσω, *resono, sonum edo*. Th. κόναβος, *sonitus*.

Κονάβησε, *edidit fragorem*; a. 1. ind. act. Ion. verbi κοναβέω, *resono*.

ΚΟ'ΝΑΒΟΣ, ȣ, ὁ, *sonitus, strepitus*.

Κονδὸς, *curtus, parvus*. Gl. Cyr.

ΚΟ'ΝΔΥ, τὸ, *poculum Persicum*, vel *Asiaticum*.

Κονδύλη, ης, ἡ, *tuber, vibex, ictus*.

Κονδυλίζω, *cædo pugno*, vel *nodo digiti percutio*. Th κόνδυλος.

Κονδυλισμὸς, οῦ, ὁ, *plaga pugno incussa*; à κεκονδύλισμαι, perf. pass. verbi κονδυλίζω

ΚΟ'ΝΔΥΛΟΣ, ȣ, ὁ, *digiti articulus et junctura, pugnus, ictus qui fit pugno*.

Κονδύλω, *cædo*.

ΚΟΝΕ'Ω, *festino, curro; ministro famulor*.

Κονία, ας, ἡ, *pulvis, arena, cinis, calx*; à κόνις.

Κονιακὸς, ἡ, ὸν, *pulverulentus*; ab eod.

Κονιάω, -ῶ, *dealbo, pulvere impleo* vel *aspergo*; f. άσω, p. κεκονίακα, p. pass. κεκονίαμαι, p. part. pass. κεκονιαμένος, η, ον, *dealbatus*. Th. κόνις, *pulvis*.

Κονίῃσι, dat. pl. Ion. pro κονίαις, à κονία.

Κονίζω, seu κονίω, f. σω, *pulvere impleo, respergo, fœdo*; ab eod.

ΚΟΝΙ'ΛΗ, ης, ἡ, CUNILA, *herba thymbra*.

Κονίοντες, *pulverem excitantes*; præs part. act. à κονίω. Th. κόνις.

Κονίπους, οδος, ὁ ᾗ ἡ, *calceamentum, multifidum*; quod totum pedem non tegit, sed à pulvere aspergitur, ex κόνις et ποῦς.

Κονιορτὸς, οῦ, ὁ, *pulvis excitatus et in aërem elevatus, pulvis, homo squallidus*; ex κόνις, idem, et ὄρω, *excito*.

Κονιορτώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, *pulverulentus*, à præced.

Κονίπυς, idem quod κονίπους.

ΚΟ'ΝΙΣ, εως, ἡ, *pulvis, cinis*; sed Κόνις, ιδος, ἡ, *lens, ovum pediculorum*.

Κονίσαλος, ȣ, ὁ, *pulvis motus*; κόνις σαλευομένη· vel ab ἅλλομαι, *salio*.

*Κονίστρα, ας, ἡ, *arena in quâ exercebant athletæ, exercitium in pulvere*, Æl. de Animal. l. vi. c. 14.

Κονίω, *pulvere impleo, pulvere fœdo, pulverem moveo* vel *excito*. Th. κόνις, *pulvis*. Undè et

Κονιώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, *pulverulentus*.

ΚΟ'ΝΝΑΡΟΣ, ȣ, ὁ, *arbor apud Alexandrinos*. Athen. l. xiv. c. 16.

Κόννις, ὁ, CONNIS, nomen viri.

ΚΟ'ΝΝΟΣ, ȣ, ὁ, *barba*; hinc

Κοννοφορῶν, qui *villosam barbam* φορεῖ. Sic

Κοννόφρων, *qui barbâ tenus sapiens est, stolidus, vanus*.

ΚΟΝΤΟ'Σ, ȣ, ὁ, CONTUS, *nautica hasta longa et robusta*: qu. à κεντέω, *pungo*. [*Hinc si diminutivæ formæ κόνταξ, indè Lat. conder, postea codex, propriè idem quod *truncus rami* vel *arboris*; dein translatum ad librum sive volumen instar rami. Salm. ad Vopisci Firmum, c. 3. inter Hist. August. Script. vol. ii.]

Κόνυζα et κνύζα, ης, ἡ, *herba quædam coronaria*. Plin. lib. xxi. cap. 9, 10.

Κόνων, ωνος, ὁ, CONON, Atheniensis.

Κοπάζω, *desino, quiesco*; f. άσω, p. κεκόπακα· à κόπος, *labor, lassitudo*. Th. κόπτω, *scindo, &c.* f. ψω, p. m. κέκοπα.

Κοπανίζω, *tundo*, f. ίσω, p. pass. κεκοπάνισμαι, part. -πανισμένος, *tusus*.

Κόπανον, ȣ, τὸ, *pistillum*, quo aliquid κόπτομεν, id est, *tundimus* in mortario. Th κόπτω, *pulso*.

Κοπῆν, a. 2. inf. act. à κόπτω, *scindo*; f. ψω, a. 2. ἔκοπον. a. 2. part. pass. κοπείς, *cæsus*; p. m. κέκοπα.

Κόπεον vel κόπαιον, ȣ, τὸ, *frustum ab aliquo integro desectum*; et

Κοπετὸς, οῦ, ὁ, *planctus*: à κόπτομαι, *plango*; et

Κοπεὺς, έος, ὁ, *calum*, quo lapides et similia cælamus: à κόπτω.

Κοπὴ, ῆς, ἡ, *sectio, incisio, cædes, strages*; à p. m. κέκοπα, à κόπτω, *cædo*.

Κοπῆναι, a. 2. inf. pass. verbi κόπτω.

Κοπιάω, *laboro, fatigor, molestè fero, fastidio*; f. άσω, p. κεκοπίακα, perf. part. κεκοπιακὼς, ότος, *defatigatus*; à κόπος, *labor*: ab eod. Th.

Κοπὶς, ίδος, ἡ, *gladius*, seu *culter aptus ad cædendum*; item *securis*, ab eod.

Κοπιῶντες, præs. part. act. pl. num. κοπιώντων, in gen. pl. ex κοπιάω.

Κόπος, ȣ, ὁ, *labor, negotium, molestia, lassitudo*. Th. κόπτω.

Κοπόω, -ῶ, f. ώσω, *lasso, fatigo*.

Κοπρεύω, *stercoro*, Eust. à κόπρος.

Κοπρέω, -ῶ, f. ήσω, *stercoro*; ab eodem.

Κοπρία, ας, ἡ, *stercus*. Th. κόπρος, ἡ, idem.

Κοπρίζω, f. ίσω, *stercoro, stercore saturo*.

Κοπρικὸς, ἡ, ὸν, *stercoreus*.

Κόπριος, ία, ιον, *stercoreus, vilis*; undè κόπριος ἀνὴρ, *plebeius homo*.

Κόπρισις, εως, ἡ, et

Κοπρισμὸς, ȣ, ὁ, *stercoratio*.

Κοπριώδης, εος, ὁ ᾗ ἡ, *stercorosus*.

Κοπρίων, ωνος, ὁ, *scarabæus quidam*; ita dictus quia stercoreas pilas provolvit, à

ΚΟ'ΠΡΟΣ, ȣ, ἡ, *stercus, fimus, lutum, cœnum*, hinc

Κοπρόω, εύω, et κοπρίζω, *stercoro*.

Κοπρὼν, ῶνος, ὁ, *sterquilinium*.

Κοπρώνης, ȣ, ὁ, *sterquilinarius*, homo ultimæ sortis: à κοπρών.

Κοπτὴ, ῆς, ἡ, COPTA, *placenta*, tundendo facta, et

Κόπτοισα, Dor. pro κόπτουσα, *cædens, tundens*, part. f. g. et

Κοπτομένη, *excitata*; præs. part. pass. f. g. à

ΚΟ'ΠΤΩ, *cædo, scindo, vulnero; pulso, tundo*, imperf. ἔκοπτον, ες, ε, f. κόψω, p. κέκοφα, præs. m. κόπτομαι, *plango, cædor, &c.* a. 1. m. ἐκοψάμην, ω, ατο, p. m. κέκοπα· hinc Angl. A copse, id est, *sylva cædua*.

Κόπωσις, εως, ἡ, *lassitudo, defatigatio*; à κοπόω.

Κόρα, ας, Dor. pro κόρη, ης, ἡ, *puella*.

Κοράκεσσι, dat. pl. Ion. pro κόραξι, à κόραξ, ακος, ὁ, *corvus*.

Κόρακι, dat. sing. ab eod.

ΚΟΡΑ'ΛΛΙΟΝ, seu κυράλιον, τὸ, CORALLIUM seu CURALIUM, lapis marinus rubens.

Κοράμβλη, ης, ἡ, *brassica*.

ΚΟ'ΡΑΞ, κος, ὁ, CORVUS; dat. plur. κόραξι, et Ion. κοράκεσσι. Hinc Angl. A CROW, TO CROAK, &c. item *signum cæleste, machina bellica, malleus quo fores pulsantur, rostrum gallinaceum, repagulum*.

Κοράξαι, *efflagitasse*; a. 1. inf. act. verbi

Κοράσσω, vel -ττω, *precibus insto*; f. ξω, à κόραξ, *malleus*.

Κοράσιον, ȣ, τὸ, *puella*; à κόρος, *juvenculus*. [*Matt. ix. 24. vocem non bonæ notæ damnant Phrynicus, et Tho. Magister, et Jul. Pollux. l. ii. p. 83. Τὸ κοράσιον, occurrit apud Luc. in Asino. et Diog. Laert. l. vi. c. 2. τὸ κορασίδιον, ap. Arrian. Diss. Epist. series.] Th. κορέω, *verro, purgo*.

Κορβᾶν, Hebraicè, *oblatio, donum* Syriacè κορβανᾶν.

ΚΟ'ΡΔΑΞ, κος, ὁ. *saltatio quædam ridicula*, q. à χορέω, *salio*.

ΚΟΡΔΥ'ΛΗ ης, ἡ, *clavæ caput*, quæ crassior pars, *ipsa clava*, et quicquid simile, *tuber*; κορδύλος, piscis nomen.

Κορὲ, ὁ, nomen viri, ψιλὸν, Hebr. *Calvus*.

Κορεῖ, 3. sing. f. 1. pro κορέσει, per Sync. à κορέω.

Κορέννυμι, f. κορέσω, *saturo*; idem quod κορέω, *satio*.

Κορέσασθαι, a. 1. inf. m. à præcedente verbo.

Κορέξειεν, *saturaverit*; 3. sing. a. 1. opt. Æol. ab eod.

Κορεσθεὶς, *satiatus*; a. 1. part. pass. et

Κορεσθῆναι, a. 1. inf. pass. ab a. 1. indic. pass. ἐκορέσθην, à

ΚΟΡΕ'Ω, κορεννύω, κορεννύμι, f. ἔσω, et ήσω, *satio, saturo*.

Κορέω, f. ήσω, *verro, purgo*, et hinc *orno*.

Κόρη, ης, ἡ, *pupa, pupilla oculi, puella, pulchra mulier*.

Κόρηθρον, ου, τό, *scopæ*; à κορέω.

Κορθύεται, *attollitur*; 3. sing. med. verbi κορθύω, *in acervum colligo*.

Κόρθυνεν, *collegit*; 3. pers. sing. imperf. act. Ion. à

Κορθύνω, vel κορθύω, *coacervo, colligo*; à

ΚΟ'ΡΘΥΣ, υος, ἡ, *acervus, agger, tumulus*.

Κορθύω, *accumulo, elevo*, vide κορθύνω.

Κορίαννον, ου, τό, *CORIANDRUM*. Idem et κορίανον et κόριον. Th. κόρις, *cimex*.

Κορίζομαι, f. ίσομαι, *blandior, blandè appello* κόρον aut κόρην.

Κορινναῖος, ου, *è clanculario concubitu conceptus*; ex eâ scilicet quæ κόρη seu *virgo* esse putabatur.

Κορίνθιος, ία, ιον, *CORINTHIUS*; à

Κόρινθος, ου, ἡ, *CORINTHUS*; urbs Achaiæ. Habet nomen ab ἥρωϊ ὁμωνύμῳ antiquo. Antea vocabatur ἡ Ἐφύρα, ἀπὸ Ἐφύρης τινὸς ἡρωΐνης. Nonnunquam etiam Ἡλιόπολις, διὰ τὸ ξηρὰ εἶναι.

Κόριον, ου, τό, *parva* κόρη, *puellula*; item *sacrificium* pro κόροις, *pueris*; et

Κόριον, ου, τό, est *Coriandrum*. Vide κορίαννον.

ΚΟ'ΡΙΣ, εως, ὁ vel ἡ, *cimex*, herbæ [illegible]fruticis nomen.

Κορμὸς, οῦ, ὁ, *truncus, caudex, stipes*; à κείρω.

Κορνήλιος, ου, ὁ, nomen viri, Latinè à *cornu* dictus.

Κορνοπίων, *cognomentum Herculis*; quod à fugatis locustis accepit: à

ΚΟ'ΡΝΩΨ, οπος, ὁ, *locusta*.

Κόροιβος, ου, ὁ, *stultus*; à quodam *Corœbo, stulto* viro.

Κόροιο, *satietatis*; gen. Ion. à κόρος.

Κοροπλάθος, ου, ὁ ϛ ἡ, *qui pupas effingit*; ex κόρος, et πλάσσω, *fingo*.

Κόρος, ου, ὁ, [*idem quod κοῦρος, *infans nondum editus*, Callim. Hymn. in Del ver. 212. et 214. atque ita forsan intelligendus. Hom. Il. vi. 59.] *puer, pullus*; *scopæ, satietas*, et *insolentia* et *petulantia*, quæ à satietate: item *CORUS, mensura aridorum*. Th. κορέω, *purgo, curo* et *satio*

Κόῤῥα, et κόρσα, ας, Dor. pro

Κόρση, et Att. κόῤῥη, ης, ἡ, *crinis*; item *caput, tempus*, pars capitis, *maxilla, gena*. Th. κείρω, *tondeo*.

Κορυβαντιάω, -ῶ, f. άσω, *insanio more Corybantum*; à κορύβας.

Κορυβαντίζω, f. ίσω, *Corybantum sacris initio*; ab eod. Hinc

Κορυβαντισμὸς, οῦ, ὁ, *lustratio*, seu *expiatio, quæ fit à Corybante ære canoro*; *insanus furor*.

ΚΟΡΥ'ΒΑΣ, αντος, ὁ, *CORYBAS, sacerdos Rheæ seu Vestæ*; ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς.

Κορυδαλλὶς, ίδος, ἡ, *herba, fumaria bulbosa*; *alauda*; et

Κορυδαλὸς, κορυδαλλὸς, οῦ, ὁ, *alauda*, à

Κορυδὸς, οῦ, ὁ, *alauda*, avis *galerita, cassita*; à κόρυς, *galea*; item *galerita*.

ΚΟ'ΡΥΖΑ, ης, ἡ, *gravedo, humor à capite fluens*; [*superbia, fastus*, Luc. Dial. Menip. et Æaci.] *mucus*; qu. ex κάρα, et ζέω, quia velut *è capite ebulliat*.

Κορυθαΐξ, ῖκος, ὁ, *qui* κόρυθα ἀΐσσει, *galeam movet*: *bellator*.

Κορυθαίολος, ου, ὁ ϛ ἡ, *qui habet galeam variegatam*: lege κορυθαιολος, ex κόρυς, υθος, ἡ, *galea*, et αἰόλος, *varius*.

Κόρυθος, gen. sing. à κόρυς, υθος, ἡ, *galea*. Est et

Κόρυθος, *frustum massæ*: qu. à κορεῖν, *satiare*.

Κόρυκος, ου, ὁ, vide in κώρυκος.

ΚΟ'ΡΥΜΒΟΣ, ου, ὁ, et κόρυμβον, ου, τό, *vertex, cacumen, cincinnus, rostrum, caulis, racemus, ramus, CORYMBUS, bacca, rostra*.

ΚΟΡΥ'ΝΗ, ης, ἡ, *clava*.

Κορυνήτης, ου, ὁ, *qui clavâ pugnat*; à præcedente.

Κορυνηφόρος, ου, ὁ ϛ ἡ, *satelles clavam gestans*: ex κορύνη, et φέρω, *fero*.

Κορυπτίλος, ου, *cornupeta*: à

Κορύπτω, *caput jacto, cornu ferio*. Th. κόρης.

ΚΟ'ΡΥΣ, υθος, ἡ, *galea, cassis*; acc. sing. κόρυθα et κόρυν; est et *galerita*, alaudæ genus.

Κορυσσέμεν, Ion. et Dor. pro κορύσσειν, præs. inf. à

Κορύσσω, *galeâ armo*; *armo, orno, urgeo, augeo*. Th. κόρυς, *galea*.

Κορυστὴς, οῦ, ὁ, *armiger*.

Κορυστὸς, ἡ, όν, *auctus*, à κορύσσω, *augeo*.

Κορυφαῖος, αία, αῖον, *verticalis, supremus, præcipuus, CORYPHÆUS*.

ΚΟΡΥΦΗ', ης, ἡ, *vertex, summum in quâvis re*: hinc

Κορυφόω, -ῶ, f. ώσω, *erigo, attollo, consummo*.

ΚΟ'ΡΧΟΡΟΣ, ου, ὁ, *olus quoddam sylvestre vile*: Scribitur et κόρκορος.

ΚΟΡΩ'ΝΗ, ης, ἡ, *CORNIX*: Angl. A CROW; item *malleus ferreus quo fores pulsantur*, vel *annulus quo fores attrahuntur*: item *summitas in curvamine arcûs*, et generaliter quævis *summitas, corona*. Hinc

Κορωνιάω, -ῶ, *servicem* vel *cornua effero, incurvus et lunatus sum*.

Κορωνίζω, *cornicis stipem colligo*.

Κορωνὶς, ίδος, ἡ, *navis rostrata*: dat. pl. κορωνίσι· item *fastigium, summitas et apex in re aliquâ, finis*.

Κορωνόπους, οδος, ὁ ϛ ἡ, *herba*: quæ et κορωνόπους, à *cornicis pede* sic dicta. Th. ποῦς, *pes*.

Κορωνὸς, οῦ, *altus, cervicem attollens, elatus*. Th. κορώνη, *summitas*.

Κόσιοι, αι, α, est μετάληψις, seu *finis, numeri post centum usque ad mille*: ut διακόσιοι, αι, α, i. e. δὶς ἑκατὸν, &c. et videtur κόσιοι dici, qu. ἑκατόσιοι.

Κοσκινόμαντις, ιος, ὁ ϛ ἡ, *vates qui cribro utitur ad vaticinandum*. Ex κόσκινον, *cribrum*, et μάντις, εως, ὁ, *vates*.

ΚΟ'ΣΚΙΝΟΝ, ου, τό, *cribrum*.

Κοσκινοποιὸς, οῦ, ὁ ϛ ἡ, *cribrarius*.

ΚΟΣΚΥΛΜΑ'ΤΙΑ, τά, *corii minuta præsegmina*, quæ abjiciuntur. An à κῶς, *pellis*, et κολούω, *mutilo*?

Κοσμέω, *orno, ordino, compono, instruo, fungor magistratu*: f. ήσω, p. κεκόσμηκα, a. 1. ἐκόσμησα, ας, ε, et Ion. κόσμησα, ας, ε, a. 1. part. κοσμήσας, αντος, perf. pass. κεκόσμημαι, a. 1. pass. ἐκοσμήθην. Th. κόσμος, *ordo*.

Κόσμηθεν, *ornati sunt*: Bœot. per Sync. pro ἐκοσμήθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. Ion. verbi præced.

Κόσμημα, ατος, τό, *ornamentum, insigne*: à κοσμέω.

Κοσμῆν, præs. inf. act. Dor. pro κοσμεῖν, *ornare, instruere*: vide κοσμέω.

Κοσμήσαις, Æol. pro κοσμήσας, αντος, a. 1. part. act. ejusd. verbi.

Κοσμήσαντες, nom. pl. a. 1. part. act. et

Κόσμησε, 3. sing. a. 1. Ion. ejusd. verbi.

Κοσμήτειρα, ας, ἡ, *ornatrix*: à seq.

Κοσμητὴς, οῦ, ὁ, *ornator, moderator, ordinator*: à κοσμέω.

Κοσμητικὸς, ἡ, όν, *ornandi peritus*: ab eod.

Κοσμητὸς, ἡ, όν, *ornatus, excultus*: ab eod.

Κοσμήτορε, *principes duo*, nom. dual. à

Κοσμήτωρ, ορος, ὁ, *dux, princeps, qui aciem instruit*: ab eod.

Κοσμικὸς, ἡ, όν, *mundanus, a, um*, ab eod.

Κόσμιος, ία, ιον, vel κόσμιος, ου, ὁ ϛ ἡ, *benè compositus, moderatus, modestus*: undè κόσμιον, ου, τό, *dignitas, æquitas, modestia*, et κόσμιοι, οἱ, *magistratus quidam* apud Cretenses.

Κοσμιότης, ητος, ἡ, *moderatio, modestia, venustas*. Th. κόσμος, *ordo, ornatus*.

Κοσμίως, adv. *compositè, decenter, ritè*; *modestè*: à κόσμιος, *ornatus*. Th. κόσμος, *ornamentum*.

Κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, *princeps mundi*, pro Satana. item *rex, magistratus*. Ex κόσμος, *mundus*, et κρατέω, *imperium obtineo*.

Κόσμοι, *jumentum*, Græcis barbaris.

ΚΟ'ΣΜΟΣ, ου, ὁ, *ordo, ornatus, disciplina, decus, laus, magistratus quidam apud Cretenses*; item *tota compages rerum omnium*, ob ordinis pulchritudinem; undè et Latini vocavere, *mundum*; *homines universi, homines impii*; [*imperium Romanum*: terra Judaica, licet non uni subjecta. Matt. iv. 8 populus Judaicus, Coloss. ii. 20. Gal. iv. 3.]

Κόσμῳ φέρειν τι, Poët. loquendi genus pro κοσμίως ϛ μετρίως φέρειν τι, *aliquid moderatè ferre*.

Κόσος, *quantus*, pro πόσος, Ionicè.

ΚΟΣΣΥ'ΦΟΣ, et Att. κόττυφος, ου, ὁ, *merula*.

Κόστη, ἀκόστη, *hordeum*.

ΚΟ'ΣΤΟΣ, ου, ὁ, *COSTUS, planta aromatica*, cujus radix eximio odore.

Κόσυμβος, ου, ὁ, *nodus*: qu. à κόμβος. Legitur et κοσύμβη et κοσσύμβη.

Κοσυμβωτὸς, ου, *fimbriatus, nodatus*.

Κοτὲ, Ion. pro ποτὲ, *quondam, interdum*: κότερα, Ion. pro πότερα.

Κοτέει, 3. sing. præs. à κοτέω, -ῶ, *irascor*. Th. κότος, *ira vetus*.

Κοτέσσεται, *irascetur*, f. 1. m. gem. σ. à

Κοτέω, *irascor*, *simultates exerceo*; item *invideo*; f. έσω et ήσω, p. κεκότηκα, et -ηκα. Th. κότ☉, *ira vetus*.

Κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, *iratus*: ab eod. Th.

Κοτινηφόρος, ε, ὁ ξ ἡ, *qui fert oleastros*: ex κότινος, et φέρω, *fero*.

ΚΟ'ΤΙΝΟΣ, ε, ὁ vel ἡ, *oleaster*: et *corona ex oleastro*.

Κοτὶς, ίδος, ἡ, *occiput*, *vertex capitis*: à κόττη, *caput*, at κοτὶς, apud Hes. *ira*: à κότος.

ΚΟ'ΤΟΣ, ε, ὁ, et κότον, τὸ, *vetus ira*, *simultas*, *invidia*.

Κοττάβισις, εος, ἡ, *lusus cottabi*, *actio ludendi cottabo*: à

ΚΟ'ΤΤΑΒΟΣ, et κόσσαβος, ε, ὁ, *genus lusûs convivalis*, reliquiarum sc. vini elegans cum sonitu effusio.

Κοττεῖν, *vehementèr verberare*, pro κόπτειν.

ΚΟ'ΤΤΗ, ης, ἡ, *caput*.

Κοττίζω, *aleâ ludo*. Hinc

Κοττιστὴς, ε, ὁ, *aleator*: à

Κόττος, ε, ὁ, *alea*, fortè à κοττεῖν, *jacere*. Est et κόττος, *gallus*; item *nomen viri seu gigantis*.

ΚΟΤΥ'ΛΗ, ης, ἡ, *cavum*, *cavitas*: *cavitas coxæ*, *vola* sive *cavitas manus* vel *pedis*, *sinus* in quo caput femoris volvitur, quævis *cavitas* profundior ossis, in quâ aliud volvitur, *vasculum* quoddam *concavum*, *mensura liquidorum*, *hemina*, *coryla*, *cyathus*, *mensura aridorum*, *unciarum novem capax*.

Κοτυληδὼν, όνος, ὁ, idem quod κοτύλη, hinc κοτυληδονόφιν, idem: indeclinab.

Κοτυλήρυτος, ε, ὁ ξ ἡ, *in poculum fluens*: ex κοτύλη, *poculum*, et ῥέω, *fluo*.

Κότυλ☉, ε, ὁ, *poculum capiens quantum* κοτύλη, mensura unciarum quatuor.

Κότυς, υος, ἡ, *COTYS*, *dæmon*, *turpitudinis præses*. Hinc *sacra turpia*, κοτύττια.

Κοῦ, Ion. pro ποῦ.

Κούαρτος, ε, ὁ, nomen viri Lat. *Quartus*. Sic κοαίστωρ, ωρος, ὁ, *quæstor*.

Κυβαρὶς, *asellus*, *qui sub aquariis vasis stabulatur*, *cutio*: animalculi genus.

Κὺκ pro ξ ἄν, *et non*.

Κὐκέτ' pro ξ ἀκέτι, *nec jam*.

Κῦκι, τὸ, *Cuci*, arbor; *fructus* seu *pomum arboris Cuci*.

Κυλεὸς, *vagina*, Ion. pro κολεός.

Κῦμι, est verbum Hebræum. Marc. v. 41. *surge*.

Κυρὰ, ᾶς, ἡ, *tonsura*: q. à κείρω, *tondeo*. Hinc

Κυρεὺς, έως, ὁ, *tonsor*: et

Κυρευτρία, ας, ἡ, *tonstrix*: et

Κυρεύω, f. εύσω, *tondeo*.

Κύρη, ης, ἡ, *puella*, Ion. pro κόρη.

Κυρῆτες, ων, οἱ, *CURETES*, *Corybantes*: dat. pl. Ion. κουρήτεσσιν.

Κυρίας, ε, ὁ, *tonsus*. Th. κείρω, *tondeo*.

Κυριδία, ας, ἡ, *quæ virum duxit* seu *quæ viro nupsit*: à κῦρος pro κόρ☉, *juvenculus*.

Κυρίδι☉, ε, ὁ, *qui juvenili ætate uxorem duxit*: ab eod.

Κυρίζεσιν, *à teneris educant*, 3. pl. præs. act. à

Κυρίζω, *juvenilem ætatem ago*, *juvenilia sapio*; item *à puerili ætate educo*: à κῦρ☉.

Κυρικὸς, ἡ, ὸν, *tonsorius*, *ad tonsorem pertinens*: à κυρά.

Κυρὶξ, adv. *percomam*, *comâ*, ab eod.

Κύριον, ε, τὸ, *tonstrina*; ab eodem.

ΚΟΥ'ΡΜΙ, *CURMI*, *potionis genus*, ut *cerevisia*.

Κῦρος, Ion. pro κόρος, *juvenculus*: ut et κύρη pro κόρη, *juvencula*.

Κυρότερος, *junior*: à κῦρ☉ pro κόρος, *juvenculus*.

Κυροτρόφ☉, ε, ὁ ξ ἡ, *juvenculorum nutritor*: ex κύρη, pro κόρη, *juvencula*, et τρέφω, *alo*.

Κυστωδία, ας, ἡ, *custodia*: vox origine Latina.

Κῦφα pro κῦφως, *levitèr*, adv. à κῦφος, *levis*.

Κυφίζυσαν, acc. sing. f. g. præs. part. act. à

Κυφίζω, *levo*, *allevo*, *sublevo*, *adjuvo*, *origo afflictum et consolor*, *levis sum*: imperf. ἐκύφιζον, f. ίσω, p. κεκύφικα, a. 1. ἐκύφισα; à

ΚΟΥ'ΦΟΣ, η, ον, *levis*, *exiguus*, *ventosus*, *inconstans*, *vacuus*, *facilis*.

Κυφότερος, compar. *levior*.

*Κυφότης, ητ☉, ἡ, *levitas*.

Κυφόω, et κυφίζω, *levo*, *sublevo*.

Κύφως, *levitèr*, adv.

ΚΟ'ΦΙΝΟΣ, ε, ὁ, *COPHINUS*, *corbis*, *qualus*, *mensura* apud Bœotos cum liquidorum tum aridorum. Hinc fortè Angl. COFFIN.

ΚΟ'ΧΛΑΞ, ακος, ὁ, *calculus*, *lapillus*.

Κοχλιάριον, ε, τὸ, *COCHLEARE*: à κόχλος.

Κοχλίας, ε, ὁ, *COCHLEA*, ab eod. Th.

Κόχλος, ε, ὁ, *concha*, hinc Angl. A COCKLE: à

ΚΟ'ΧΛΩ, *gyro*, *roto*, *torqueo*.

ΚΟ'ΧΟΣ, ε, ὁ, *humor abundè fluens*.

Κοχύδεσκον, Ion. pro ἐκοχύδεον, imperf. verbi.

Κοχυδέω, *magnâ copiâ abundè fluo*: à κοχύω, idem.

Κοχύδεσκεν, *stillabat*: 3. sing. imperf. Ion. pro ἐκόχυε, per Parag. τε σκεν à

Κοχύω, *magnâ cum copiâ defluo*. Th. κόχος, quod vide.

ΚΟΧΩ'ΝΗ, ης, ἡ, et

Κόχωνον, ε, τὸ, *coxendicis commissura cum femore aut podice*; item *femur ipsum*.

Κόψας, αντος, a. 1. part. et

Κόψεν, Ion. pro ἔκοψεν, 3. sing. a. 1. act. à κόπτω, *scindo*: f. ψω.

ΚΟ'ΨΙΜΟΣ, ε, ἡ, *arbor mespilo similis*.

ΚΟΨΙΚΟΣ, seu κόψυχος, ε, ὁ, *avis quædam*, *merula*; idem quod κόσσυφος.

Κράανον, pro κρᾶνον, vel κρῆνον, a. 1. imperat. verbi κραίνω, *perficio*; f. κρανῶ, a. 1. act. ἔκρανα, Att. ἔκρηνα: hinc a. 1. imperat. κρῆνον et κρήηνον.

Κράατ' pro κράατα, nom. pl. à κράας, ατος, τὸ, *caput*.

ΚΡΑ'ΒΑΤΟΣ, seu κράββατος, ε, ὁ, *GRABATUS*, *lectus humilis*.

Κράγγη, ης, ἡ, κράγγων, vel κράγων, ονος, ὁ, *piscis è squillarum genere*.

Κραγὶς, *clamatus*: a. 2. part. pass. κραγῆναι, a. 2. inf. pass. verbi κράζω, *clamo*: f. ξω, a. 2. act. ἔκραγον, a. 2. pass. ἐκράγην.

Κραγέτης, ε, ὁ, *vociferator*, *clamator*. Th. κράζω, *clamo*: p. m. κέκραγα.

Κραδαίνω, seu κραδάω, *vibro*, *crispo*, *quasso*: à

ΚΡΑ'ΔΗ, ης, ἡ, *ramus ficulnus*, *quodvis folium*; *ficus sylvestris*, *machina theatralis*.

Κραδηφορία, ας, ἡ, *gestatio ramorum*, propriè *ficulnerum*: ex κράδη, et φέρω, *fero*.

Κραδία, ας, ἡ, *cor*: pro καρδία, per Metath.

Κραδίη, ης, ἡ, *cor*: Ion. pro præced.

Κράδος, ε, ἡ, *ramus ficulnus*, *ficus sylvestris*.

ΚΡΑ'ΖΩ, *clamo*, *CROCITO*: imperf. ἔκραζον, f. 1. κράξω, a. 2. ἔκραξα, et per redupl. ἐκέκραξα, paulo post f. κεκράξομαι, p. m. κέκραγα. hinc Angl. CRACK et CRASH.

Κραθεὶς, έντος, a. 1. part. pass. verbi κεράννυμι, *misceo*: f. κεράσω, et per Sync. κράσω, perf. pass. κέκραμαι, a. 1. pass. ἐκράθην.

Κραθῆναι, *vinci*: per Sync. pro κρατηθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi κρατέω, f. ήσω, *vinco*. Th. κράτος, τὸ, *robur*.

ΚΡΑΙ'ΝΩ, *perficio*, *affectum reddo*: *CREO*; *impero*, *regno*, f. ανῶ.

*Κραιπαλάω, ήσω, *ebrius sum*.

ΚΡΑΙΠΑ'ΛΗ, ης, ἡ, *crapula*, *comessatio*, *obtenebratio mentis*, à potu.

Κραιπαλίζω, f. ίσω, *crapulor*: à præced.

Κραιπνὰ, *velocitèr*: adv. pro κραιπνῶς, à

ΚΡΑΙΠΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, *velox*, *celer*.

ΚΡΑΙ'ΡΑ, ας, ἡ, *caput*: qu. à κάρα, et aliquandò idem est quod κεραία, *antenna*.

Κράλης, ε, ὁ, *rex*: κράλαινα, ης, ἡ, *regina*.

Κρᾶμα, ατος, τὸ, *mixtura*, *mixtum*: peculiaritèr *vinum aquâ mixtum*. Th. κεράννυμι, *misceo*.

ΚΡΑ'ΜΒΗ, ης, ἡ, *brassica*, *caulis*, *CRAMBE*, gen. pl. κραμβῶν.

Κράμβος, η, ον, *aridus*, *torridus*; et Subst. *vitium in uvis ex adustione*.

Κραμβοφάγος, ε, ὁ ξ ἡ, nom. ranæ: ex κράμβη, *brassica*, et φάγω, *comedo*.

Κράνα, ας, Dor. pro κρήνη, ης, ἡ, *fons*: hinc κρανιάδες, ων, αἱ, Dor. pro κρηνιάδες, ων, αἱ, *fontium Deæ*, quæ et *Naiades*, et *Nymphæ* vocantur; etiam κρανίδες, dictæ pro κρηνίδες.

Κραναὸς, ὰ, ὸν, *asper*, *sterilis*, *montanus*: à κάρηνον, *vertex*, *caput*.

Κρανέεσθαι, pro κρανεῖσθαι, verbi κραίνω, *perficio*; f. κρανῶ, f. 2. m. κρανοῦμαι, f. 2. inf. m. κρανεῖσθαι, et Dialysi Poët. seu Ion. κρανέεσθαι.

ΚΡΑΝΕΙ'Α, ας, ἡ, *CORNUS*, *arbor*: à κράνον, quia *capitatum* fructum fert.

Κρανιάδων, Dor. pro κρηνιάδων, gen. pl. à

Κρανιάδες, ων, αἱ, *fontium Deæ*; à κρήνη, *fons*: vide κράνα.

Κράνειον, ε, τὸ, *galea*: à κράνον, quia *capitis* tegumentum.

Κρανίον, ε, τὸ, *CRANIUM*, *calvaria*, *caput*, item *poculi genus*. Th. κάρηνον, *caput*.

Κράνον, ε, τὸ, *caput*: et

Κράνος, εος, τὸ, *galea*: ab eod. Th.
Κραντὴρ, ῆρος, ὁ, *effector*: et
Κράντωρ, ορος, ὁ, *rex, princeps*. Th. κραίνω.
Κράξας, αντος, a. 1. part. act. à κράζω, *clamo*: f. κράξω, a. 1. ἔκραξα.
Κρὰς, κρατὸς, vel κράας, κράατος, τὸ, *caput*. Th. κάρηνον, idem.
Κρᾶς, ᾶτος, τὸ, contract. pro κρέας, *caro*.
Κρᾶσις, εως, ἡ, *CRASIS, mixtura, temperamentum*. Th. κεράννυμι, *misceo*.
Κράσπεδον, ου, τὸ, *fimbria, margo retis, margo littoris, montis radix, vestis sacerdotis*: qu. à κράσει πέδου, quia *miscetur* velut *solo*, deorsum pendens, vel à κρέμαμαι, *pendeo*, et τὸ πέδον, *solum*. Hinc ducamus Angl. TO GRASP, i. e. circuire ut *fimbria*: à præced.
ΚΡΑ'ΣΤΙΣ, εως, ἡ, *gramen, fænum*: idem quod γράσις. Hinc Angl. GRASS.
ΚΡΑ'ΤΑΙΓΟΣ, ου, ὁ, *arboris species*.
Κραταιγὼν, ῶνος, ὁ, idem quod κράταιγος.
Κραταιγύαλος, ου, ὁ ϗ ἡ *firmus, fortis*: ex κραταιὸς, *fortis*, et γύαλον, *cavum, vola*.
Κραταιὸς, ὰ, ὸν, *potens, fortis, robustus*. Th. κράτος, τὸ, *robur*.
Κραταιότης, ητος, ἡ, *vis, robur, fortitudo*: à præced.
Κραταιόω, -ῶ, *corroboro*: f. ώσω, perf. κεκραταίωκα, imperf. pass. ἐκραταιούμην, -όμην, -όυ, ου, -όετο, -οῦτο, præs. imperat. pass. 2. pl. κραταιοῦσθε, *fortes estote*: a. 1. ind. pass. ἐκραταιώθην, inf. ejusdem κραταιωθῆναι. Th. κράτος, *robur*.
Κραταίποδες, ων, οἱ, *qui pedes robustos habent*, nom. pl. à
Κραταίπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, Epithet. *tauri*, qui *validus* et *firmos pedes habet*: ex κραταιὸς, *validus*, et πᾶς, *pes*.
Κραταίωμα, ατος, τὸ, *robur*: à κραταιόω.
Κραταιῶς, adv. *potentèr, fortitèr*.
Κραταίωσις, εως, ἡ, *corroboratio*.
Κρατέει, *dominatur*: 3. sing. præs. ind. verbi κρατέω.
Κράτεϊ, *imperio*: dat. sing. à κράτος, εος, τὸ, *robur*.
Κράτει, 2. sing. præs. imperat. Sed
Κρατεῖ, 2. sing. præs. ind. verbi κρατέω.
Κρατεράων, pro κρατερῶν, gen. pl. Æol. f. g. à
Κρατερὸς, ὰ, ὸν, *fortis, validus, acer*. Th. κράτος, *robur*.
Κρατερόφρον', dat. vel acc. sing. à
Κρατερόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *invictus animo, magnanimus*: ex κρατερὸς, *validus*, et φρὴν, *animus*.
Κρατερώνυξ, υχος, ὁ ϗ ἡ, *solidos, firmos et robustos ungues habens, solidas ungulas habens*. Ex κρατερὸς, *fortis*, et ὄνυξ, *unguis*.
Κρατερῶς, adv. *validè, fortitèr, strenuè, totis viribus*; à κρατερὸς, *validus*.
Κρατευταὶ, ῶν, αἱ, *verutum fulcra*: ab eod.
Κρατευτάων, gen. pl. Æol. præced. pro κρατευτῶν.
Κρατέω, -ῶ, *imperium obtineo, impero, possideo, potior, vinco, præsto invalesco, contineo, retineo, memoriâ teneo, apprehendo*: f. ήσω, a. 1. ἐκράτησα, a. 1. imperat. κράτησον, άτω, a. 1. sub κρατήσω, ῃς, ῃ, a. 1. inf. κρατῆσαι, a. 1. part. κρατήσας, αντος, perf. act. κεκράτηκα, perf. inf. act. κεκρατηκέναι, imperf. pass. ἐκρατέμην, όμην, 3 pl. έοντο, ὄντο, perf. pass. κεκράτημαι, et in 3. plur. κεκράτηνται. Th. κράτος, *robur*.
Κρατηθεὶς, a. 1. part. pass. præced
Ἥραν ἰσάλη οὐ κάζει.	695	Non exornat Junonem vestis è pelle caprinâ.
Σκάνδιξ χυλὸν, οὐ φελλὸς δίδωσι.		Succum dat scandix, non suber.
Ὅπου δαγὺς, ἐκεῖ κρύος.		Ubi glacies, ibi frigus.
Δεκάνης ϗ ἄμβικος χρείαν ταμίας οἶδεν.		Catini et ollæ usum promus condus novit.
Σφαλερὸν ἔδεσμα νεφρός.		Ren ferculum periculosum est.
Ἄγχι αἰγιαλοῦ λέμβος θέοιτο.	700	Prope littus currat lembus.
Μαγείρου σῆμα τομεύς.		Ex cultro incisorio cognoscitur coquus.
Κροσσὸς ἐσθῆτα κρατεῖ.		Fimbria vestem continet.
Σφύζουσι ἀρτηρίαι γινομένου κινήματος.		Facto motu arteriæ saliunt.
Ἦκα ἄρδει ἀμάρα ἤπειρον.		Lenitèr irrigat aquæ ductus terram continentem.
Οἰχομένῳ σέλατι ἐν ἔρᾳ ἀδινὸς δνόφος ἕπεται.	705	Decedentem splendorem densa in terris caligo sequitur.
Ἄμαξα τόρμης ςερωμένη ὄλλεται.		Perit currus modiolo rotæ privatus.
Θόρυβον γίγγρας θίασον τ' οὐκ ὄρει.		Tumultum, cœtumque tripudiantium gingras non excitat.
Τὸ ῥέγχειν ϗ κοιμᾶν τοῦ αὐτοῦ ζώου ἐςὶν ἔργα.		Stertere et dormire ejusdem animalis opera.

Βάπτει μὲν ἀσκὸν, ὕδωρ, δ' ὑγρὸν, οὐ δύει πότε.		Mergit quidem utrem, verùm aquam humidam haud subit.
Κώθωνι λαμία κύβιτον βλάπτει.	710	Poculo saga os cubiti lædit.
Ξύλον ἄνθραξ οὐ πρήθει.		Lignum carbo non accendit.

ΚΕΦ. κ'. — CAP. XX.

Θάνατος, Ζωή. — *Mors, Vita.*

Κιρσὸν κνάειν κινδυνῶδες.		Varicem scindere periculosum.
Ἐκ τοῦ κεράμυ μέροπες εἰσὶν ἅπαντες.		Ex argillâ omnes homines facti sunt.
Ὡς χόρτος, οὕτω ϗ βροτὸς στέλλεται.		Ut fœnum, ita et homo arefit.
Κουφὴ σκιὰ, ϗ ἀτμὶς ἐςὶν ἀνδρῶν βίος.	715	Vana umbra et vapor est hominum vita.
Πάντες τῷ θανάτῳ τερούμεθα, ὥσει ἡ ἀγέλη βοῶν τῷ λαρινῶν σφαζόμενων.		Omnes morti servamur, velut armentum boum saginatorum mactandorum
Φοξὸς ὑγιὴς οὐδέποτε νοσεῖ.		Si sanus is est, cui caput acutum est, nequaquam ægrotat.
Τέφρα ἄνθρωπος, ἄνθος ϗ πέμφιξ.		Cinis homo est, flos et bulla.
Ἁπάντων Χάρων κάλπιν βάπτει.		Omnium Charon urnam submergit.
Ἐν θάμνῳ μὴ θάπτει.	720	In fruticeto mortuum nè sepelias.
Τῶν θνητῶν βίος σποδὸς ἐςὶ ϗ καπνός.		Vita mortalium cinis est et fumus.
Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.		Sua cuique vita obscura est.
Ζάγκλη μοῖρα ὀξεία πᾶν βροτῶν γένος ἀμᾷ.		Falce mors acutâ omne mortale genus metit.
Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.		Constans nihil in vitâ videtur esse.
Νεκρὸς οὐ δάκνει.	725	Mortuus non mordet.
Οὐδεμία πόα, ἢ βία τοῦ θανάτου βέλη κλάει.		Nulla herba, aut vis, mortis tela frangit.
Πρηνὴς χθόνα ἀθρεῖ.		Pronus terram spectat.
Οἵπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε ϗ ἀνδρῶν.		Qualis foliorum generatio, talis etiam virorum.
Ἀάζειν δεῖ, ὃν βάσανος τοῦ ᾅδου πιέζει.		Exhalare eum oportet, quem mortis tormentum premit.
Νέννυ κτέρεα μὴ εἰς τέλος ἀθέτει.	730	Patrui exequias nè omninò asperneris.
Λυκάβαντας μηνύει φαρκίς.		Annos ruga indicat.
Πάντα γέλως ϗ πάντα κόνις, ϗ πάντα τὸ μηδέν.		Omnia risus, et omnia pulvis, et omnia nil sunt.
Σμύχει πρόσα σίλεχος σμίλαξ.		Celeritèr truncum taxus venenata consumit.

DICTA SEPTEM GRÆCIÆ SAPIENTUM.

SOLON.	Γνῶθι σεαυτόν. Nosce teipsum.
CHILO.	Τέλος ὁρᾷν μακροῦ βίου. Finem videre vitæ longævæ.
PITTACUS.	Καιρὸν γνῶθι. Occasionem cognosce.
BIAS.	Οἱ πλεῖστοι κακοί. Plures sunt mali.
PERIANDER.	Μελέτη τὸ πᾶν. Industriæ nihil impossibile.
CLEOBULUS.	Ἄριστον μέτρον. Modus est optimus.
THALES.	Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη. Sponde, probe est damnum.

TABELLÆ DIALECTORUM.

Quatuor numerantur Græcæ linguæ Dialecti, sive loquendi formæ præcipuæ, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ communi in nonnullis variant; nimirùm, Attica, Ionica, Dorica, Æolica. Præter quas suam Dialectum et idioma in quibusdam habuerunt Poëtæ, quæ omnes, quod ad terminationes partium orationis spectat, sequentibus tabellis subjiciuntur. In reliquis verò cùm tanta sit varietas, ut regulis comprehendi vix possit, singularum proprietates insigniores brevitèr proponere sufficiat.

Attici mutant { σ in ξ, ut ξὺν pro σὺν· σσ in ττ, ut θάλαττα pro θάλασσα· σ in ρ, ἄῤῥην pro ἄρσην, *vir:* et contractionibus imprimis gaudent.

Iones ponunt {
η pro α, ut φιλίη pro φιλία, *amicitia.*
ε pro α, ut γελέω pro γελάω, *rideo.*
et contrà α pro ε, ut τάμνω pro τέμνω, *seco.*

Ex consonantibus κ pro π, ut κῶς pro πῶς· π pro φ, ut ἀπαιρέομαι pro ἀφαιρέομαι· contractionibus prorsus abstinent, et diphthongos resolvunt.

Dores usurpant {
α {
pro η, ut φάμα, pro φήμα, *fama.*
pro ε, ut πιάζω, pro πιέζω, *premo:* γα pro γε, ut ἔγωγα pro ἔγωγε.
pro ω, ut μωσᾶν, pro μωσῶν, *musarum:* πρᾶτος pro πρῶτος, *primus.*
pro ει, ut κλᾶδας pro κλεῖδας, *claves.*
η pro ᾳ ut ζῆν pro ζᾷν· et pro ει, ut κοσμῆν pro κοσμειν.
ω pro ου, ut μῶσα pro μοῦσα, *musa:* et pro ε, ὤνεκα pro ἕνεκα, *propter.*
αι pro ει, ut αἴθε pro εἴθε, *utinam.*
ευ pro ου, ut ἀλεῦμαι pro ἀλοῦμαι, *saliam.*
οι pro ου, ut τύπτοισα pro τύπτουσα.

Ex consonantibus σδ pro ζ, ut συρίσδω pro συρίζω· σ pro θ, ut σεὸς pro θεὸς· κ pro τ, ut πόκα, ὅκα, pro πότε, et ὅτε, *aliquando:* et contrà τ pro κ, ut τῆνος pro κεῖνος, *ille.*

Æoles utuntur {
ω pro ο, ut κῶρος pro κόρος, *puella.*
et contrà, ο pro ω, ut ἔρος pro ἔρως, *amor.*
ε pro α, ut θέρσος pro θάρσος, *audacia.*
αις pro ας, ut καλαῖς, pro καλάς, *bonas.*

Ex consonantibus ππ pro μμ, ut ὄππατα pro ὄμματα, *oculi:* et β ante ρ, ut βράκη pro ῥάκη, *cento.*
Accentum in priores syllabas retrahunt, ut κάλος pro καλὸς; et aspirationem rejiciunt, ut ἤλιος pro ἥλιος, atque pro ι consonantem sequentem geminant, ut σπείῤῥω pro σπείρω, χέῤῥες pro χεῖρες.
Poëtæ non solum peculiarem in quibusdam habent Dialectum, sed etiam Dialectos commiscent. Homerus Ionicæ, quâ maximè utitur, reliquas admiscet; Pindarus Doricus alias etiam Dialectos adjungit; Aristophanes Atticus, ut etiam Euripides. Sophocles, et Æschylus in choris et cantilenis subinde sunt Dorici.

FIGURÆ DICTIONIS.

PROSTHESIS.

Prosthesis est litera vel syllaba principio dictionis addita, ut τεταγὼν pro ταγὼν à τάζω, *apprehendo*: σμικρὸς, *parvus*, pro μικρός.

APHÆRESIS.

Aphæresis est, cùm litera vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ut ὀρτὴ, pro ἑορτὴ, *festum*; ἱρὸς, pro ἱερὸς, *sanctus*.

SYNCOPE.

Syncope literam vel syllabam medio dictionis subtrahit, ut εὑράμην, pro εὑρησάμην, *inveni*; ἐγείνατο, pro ἐγεννήσατο, *natus est*.

EPENTHESIS.

Epenthesis est, cùm medio dictionis litera aut syllaba interjicitur, ut ἔλλαβε, pro ἔλαβε, *sumpsit*; ὁππότερος, pro ὁπότερος, *uter*; ξεῖνος, pro ξένος, *peregrinus*.

APOCOPE.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut δῶ, pro δῶμα, *domus*; Ποσειδῶ, pro Ποσειδῶνα, *Neptunum*; βρῖ, pro βριαροὶ, *robusti*.

PARAGOGE.

Paragoge est, cum extremæ aliquid syllabæ adjungitur, ut ἦσθα, pro ἦς, *eras*; τύπτεσκε, pro ἔτυπτε, *verberabat*.

METAPLASMUS.

Metaplasmus est mutatio ultimæ syllabæ in eodem casu, ut κλάδι, pro κλάδῳ, *ramo*. Metaplasmus verò generis est quævis mutatio in dictione per Poëticam licentiam.

ANTITHESIS.

Antithesis (nonnulli ἀντιστοίχον vocant) est literæ commutatio, ut πόρσω, pro πόῤῥω, *procul*; θάλαττα, pro θάλασσα, *mare*.

METATHESIS.

Metathesis est literarum ordinis immutatio, ut ἔρξω, *faciam*, pro ῥέξω, à ῥέζω; ἔπραθον, pro ἔπαρθον, à πέρθω, *vasto*; ἔδρακον, à δέρκω, *video*; καρτερὸς, pro κρατερὸς, *fortis*; κάρτος, pro κράτος, *robur*.

SYNALŒPHA.

Synalœpha est elisio quædam vocalis ante alteram in diversis dictionibus, ut τἀμὰ, pro τὰ ἐμὰ, *mea*; τοὔνομα, pro τὸ ὄνομα, *nomen*; θοἰμάτιον, pro τὸ ἱμάτιον, *vestimentum*.

ANADILOPSIS.

Anadilopsis (id est, reduplicatio) est primarum vel secundarum syllabarum repetitio, ut κεκμηῶσι, pro κμῆσι; ἀταρτηρὸς, pro ἀτηρός; ἐτήτυμον, pro ἔτυμον.

CONSTANTINI RHODOCANACIDIS CHIENSIS

TRACTATUS

DE

RESOLUTIONE VERBORUM.

Γνωριστικὴ ἢ ἀναλυτικὴ τῶν ῥηματικῶν γλώσσων χρησολογία· hoc est, modus singularis inflexa verba cognoscendi, et illa in sua Themata brevissimè et sine errore deducendi: In quo fructus Regularum percipitur, et unitas conjugationis Barytonorum cognoscitur.

In tradendis Regulis quibus Themata flectuntur in cæteris personis et modis, docuimus modum compositionis verborum; hic verò docemus modum resolutionis illorum cujus beneficio quodlibet verbum seu Thema facilè reperitur. Ex suprà dictis igitur Regulis facile est deprehendere quòd illa in suâ flectione et formatione tripliciter immutentur; nimirum:

Init. In initio (licèt hoc non omnibus contingat,) in fine, et in medio, idque in omni voce, viz. activâ, passivâ, et mediâ: in initio, quia solent recipere incrementa syllabica, et temporalia, ut λείπω, ἔλειπον, λέλειφα, ἐλελείφειν· in quo exemplo Thema λείπω, in uno tempore excrevit unâ syllabâ, et in altero duabus à parte antè: et ᾄδω, ᾖδον· ἥκω, ἥκειν· in quo exemplo non numerus syllabarum, sed quantitas vocalium crescit: hoc est, vocales producuntur, sicut et ἐγγύζω, ἤγγυκα· ὀρύσσω, ὤρυχα· nam, α, ε, et ο in præsenti sunt breves, at in præterito mutantur in longas.

Fin. In fine verò, quia solent recipere terminos, necnon consonantes terminales, quibus Thema crescit interdum unâ syllabâ, ut τύπτω, τύπτομεν· interdum duabus, ut, τυπτόμεθα primum verò et secundum futurum cujuslibet verbi in passivâ voce crescunt tribus syllabis in fine, nullâ habitâ initii ratione; e. g. τυφθησόμεθα. τυπησόμεθα· idem numerus invenitur etiam in illis verbis quæ incipiunt ab unâ consonante, vel à duabus, quarum prima est muta, et secunda liquida, habitâ ratione initii et finis, ut ἐλελείμμεθον, λελειψόμεθα· à verbo λείπω. Nam illa verba quæ recipiunt incrementa temporalia, ut et illa quæ nulla admittunt, non crescunt ultra duas syllabas, ut ᾀδόμεθον, ᾔσμεθον, à verbo ᾄδω, et ἡδόμεθον, ἥσμεθον, à verbo ἥδω· excepto tamen primo et secundo futuro passivæ vocis, ut suprà diximus.

Præterea, accidit ut figurativæ consonantes verborum rejiciantur, quæ sunt Dentales, ut ᾄδω, ᾄσω· πλήθω, πλήσω, ἀνύτω, ἀνύσω, aliquandò mutentur in alias consonantes, nimirum in suas affines, vel saltem proximas, ut λείπω, ἐλείφθην· λήβω, ἐλήφθην· λέλειμμαι et λέλημμαι· in quibus exemplis videmus π figurativam verbi λείπω mutatam fuisse in aspiratam suam affinem φ in aoristo primo pass. et in μ proximam suam affinem in præt. perfecto pass. quemadmodum et β figurativam verbi λήβω mutatam fuisse in φ in aoristo primo pass. et in μ in præt. perf. pass. Etenim quamvis consonans μ sit ex ordine immutabilium, affinis tamen est Labialibus, quoniam beneficio labiorum pronunciatur. Præterea accidit ut vocales figurativæ, viz. breves, quæ sunt α, ε, ο, in longas mutentur in aliis temporibus, ἀγαπάω, ἀγαπήσω· ἀνορθόω, ἀνορθώσω· πληρόω, πληρώσω.

Med. In medio tandem, quia solent recipere mutationes vocalium, in quibus longæ mutantur aliquandò in breves, et vice versâ breves in longas, ut λήβω, ἔλαβον, ψάλλω, ἔψηλα· et aliquandò subjunctivæ diphthongorum rejiciuntur, ut φαίνω, ἐφάνην· et aliquando præpositivæ, ut λείπω, ἔλιπον· φεύγω, ἔφυγον· et aliquandò adduntur subjunctivæ, ut μένω, ἔμεινα· σέλλω, ἔσειλα· et aliquandò nil rejicitur, aut producitur; sed tantùm fit mutatio brevis in aliam brevem, ut λείπω, λέλοιπα· σρέφω, ἔσροφα.

Quoniam verò σ inter terminales consonantes (quæ unà cum illo sunt sex, viz. θ, κ, μ, ν, σ, τ,) pro vario usu diversimodè consideratur, necesse est ut illud accuratiùs hic examinemus, et nominibus idoneis donemus quæ ejus officia significent, eo, viz. fine, ut in investigando Themate Regulæ pleniùs intelligantur.

In nostris Regulis mentionem fecimus τῦ σ, quod in genere et καθόλυ vocavimus Servile, ob ipsius multiplicem et maximum usum. Postea subdistinximus illud in Explicitum, Implicitum, et Potentiale: hoc σ invenitur in activa et media voce Præterea in pass. voce tribus (diversis à prioribus) modis consideratur. Nam in secundâ personâ præterperfecti passivæ vocis reperitur σ, quod (si placet) vocetur Terminale, eò, quod semper sit annexum suo termino αι, viz. σαι, ut τετήρημαι, τετήρησαι Dein datur σ quod semper subsequitur dentalem aspiratam θ, nam si quis velit inspicere terminos omnes pass. vocis qui solent incipere à θ, vel ab α et ε, quas vocales subsequitur; nullum reperiet qui non habet hoc σ terminale, ut τύπτεσθον, τετήρησθον· vel figurativam Thematis, ut ἔψαλθον. Et hoc σ (si velis) vocetur Philothetum, et reperitur etiam in voce mediâ. Datur postremò σ quod reperitur in primâ personâ præterit. perfecti passivæ vocis, et interdum non (prout in Regulis nostris declaravimus,)

quod ideò nominabitur Hotethetum. In his quæ de σ diximus elucescit utilitas et potestas τὸ σ, quam omnes Grammatici nominârunt, et nullus hactenus (quem scio) manifestavit.

Servile, seu χρήσιμον, et suæ potestatis, σ.

- Vox Activa
  - Explicitum. σ λύσω.
  - Implicitum. σ λείψω.
  - Potentiale. σ σπερῶ.
- Vox Passiva
  - Terminale. σ τελήρησαι.
  - Philothetum. σ τελήρησθον.
  - Hotethetum. σ τετέλεσμαι.
- Vox Media
  - Explicitum. σ λύσομαι.
  - Implicitum. σ λείψομαι.
  - Potentiale. σ σπερῶμαι.
  - Philothetum. σ ἐσπείρασθαι.

Hoc præterea non ignorandum est, figurativas verborum, viz. (Labiales et Palatinas) posse etiam dici Implicitas et Explicitas: nam in duplici consonante ψ tres Labiales implicantur, viz. β, π, φ, et in ξ tres Palatinæ, viz. γ, κ, χ.

Quamvis tenues eorum in illis magis exprimantur; quare ubi σ implicitum est, ibi quoque sunt prædictæ figurativæ implicita, ut in λείψομαι π est implicita, et per consequens β et φ ob affinitatem; et in ἐλεξάμην κ est implicita, et eâdem de causâ γ et χ. Verùm in ἔλειπμαι π, et in ἐλεγόμην γ sunt explicitæ. Ex his omnibus colligitur σ futuri activ. vocis et σ terminale pass. vocis fieri implicitum quando Labiales et Palatinæ antecedunt illud σ, ut γράψω, γέγραψαι, λέξω, λέλεξαι.

His præmissis, ut faciliùs inveniatur Thema, quæ sequuntur observanda sunt.

1. Primò rejiciuntur à parte antè incrementa syllabica seu temporalia, si adsint; si enim nulla sint, nulla datur dubitandi causa.

2. Secundò rejiciuntur à parte pòst termini, necnon terminales consonantes, ut et σ quocunque modo consideratur.

3. Tertiò non omittendum est fieri mutationes vocalium quæ inveniuntur in medio verbi, viz. α restituatur in suam, η, ω, vel ε, ubi opus fuerit, ut ἔλαβον, λήβω· ἔπραγον, πράγω· ἔτράπην, τρέπω· quemadmodum et ε rejiciatur vel addatur ubi necessitas postulaverit, et ο vertatur in ε vel addatur, υ, ubi opus erit, secundum Regulas traditas de incrementis verborum.

4. Observandum est præterea, quòd rejectis terminis à parte pòst in pass. voce et in mediâ, quæ assimilatur illi ratione terminorum, si restat consonans (excepto σ) illa est figurativa vel affinis ei; si verò restat σ, tum hoc σ, licet quoque rejiciendum, indicabit tamen Dentalem aliquam esse figurativam, vel ζ, vel duplex σ (σσ), et per consequens duplex τ (ττ), vel aliquam vocalem mutabilem, α, ε, ο· quæ ambiguitas non potest tolli nisi inquisitione Dictionarii vel usu, quamvis aliquot notas afferre possimus, quarum beneficio illa maximâ ex parte diminuetur.

Nota igitur, rejecto σ Terminali, vel Hotetheto, seu Philotheto, si restat dipthongus, illa est figurativa: si vocalis ι verbum sit hyperdissyllabum, tum semper ζ· si verò α, tunc aliquandò ζ· aliquando, α est figurativa; si verò restat η vel ω, tunc horum breves erunt figurativa: viz. η vertitur in α vel ε, et alterutra erit figurativa. Præterea ω vertitur in ο, quod est figurativa; si verò restabat α, ε, vel ο, sæpissimè illæ sunt figurativæ. His igitur benè observatis, et omnibus extrinsecùs ritè rejectis, terminatur verbum Barytonum activæ vocis per ω· pass. verò seu mediæ per ομαι· et verbum in μι claudetur per terminum μι activæ vocis, et passivæ seu mediæ per μαι.

Hæc sanè magno erunt nobis auxilio, sed usus excedit inter omnia. Porrò ut faciliùs intelligantur quæ hactenus diximus, sequentem Hypothesin subjungamus.

Supponamus igitur hujusce linguæ candidatum in legendis auctoribus incidisse in has dictiones; ἐξαλεῖψαι, ἐκέκοφθε, ὑπερελάχθην, διηράξαντο, κεκλῶσθαι, διεληλυθότες, μεθαρμόττω, [illegible], διεχειρισάμην, πεπόνθασμένα, σεσηρότες, ἐσῆρσε, καθήνασθαι, ἐπισημηνάμενος, [illegible], ἐπιτετροπευμένας, ἐπεπυργώμεθα, ἐρρόφησθω, ἀπελαθήσεσθαι, ἀναδραμών, κατέβαιν, [illegible], [illegible], καρίζη, &c.

Ἐξαλεῖψαι. Quod ad primum vocabulum pertinet, cognoscitur esse aor. 1. act. vocis, mod. infin. à termino σαι ut τύψαι, quo rejecto, unà cum σ, quod in ψ erat implicitum, restabit π Labiale.

...ni addito termino, Thematico ω restabit verbum ἐξαλίφω, quod si quæratur in Dictionario, non invenietur, sicut et ἐξαλίβω· dicam igitur quod sit ἐξαλείφω, *deungo*, et per Metaphoram *deleo*. Nam φ sicut et β ob σ extrinsecum futuri primi (à quo aoristus primus formatur) mutantur in π ob εὐφωνίαν.

Ἐκέκαφθε. Videmus esse præteritum plusq. pass. ex duplici incremento syllabico ex uno duplicato perfecti, et altero simplicitèr repetito plusq. perfecti, ut termino uno cum terminali θ, ut ...φθε, quibus rejectis et adjuncto termino communi ω vel ομαι, restabit κάφω vel κάφομαι, quod beneficio Dictionarii non reperietur, sicut neque κάβω vel κάπω: quòd si ad π addas τ ob εὐφωνίαν, invenies κάπτω, *comedo*, nam π sicut et β mutantur in φ ob θ sequens terminale.

Ὑπεσταχθης. Est aor. 1. pass. voc. quod cognoscitur ex termino θ et terminale θην, et incremento syllabico ε ut ἐτύφθην. Etenim in omni imperfecto et aor. primo et secundo modi indicativi nusquam reperietur ε in initio verbi, quòd sit vocalis thematica, quæ in illis, juxta Regulam, vertitur in η. Exceptâ tantùm licentiâ Poëticâ, ut apud Homerum Ἰλιαδ. ῥαψ. ό. ἐρητύοντο τὸν λαόν, pro ἠρητύοντο, ab ἐρητύω, *coërceo*. Poëtæ siquidem respuunt incrementa temporalia et syllabica, ut ibidem ῥαψ. χ' ὃν τίκεν αὐτή, pro ὃν ἔτεκεν αὐτή, *quem peperit ipsa*. Θεὰς ὀνόμηνεν ἅπαντα, pro ὠνόμηνεν, ab ὀνομαίνω, *nomino*; ῥαψ. ξ. Si igitur rejiciatur incrementum ε, et terminus cum consonante terminali θην, addito termino generali ω restabit σάχω, quod si quæras in Dictionario, non invenies; imò neque σάγω, σάκω, vel σάζω, quoniam verbum est σάττω, *onero*, et ὑπερσάττω, *satis superque onero*; nam γ et κ figurativæ (quæ virtualitèr concipiuntur interdum in ζ vel duplex σ) solent mutari in χ ob sequens terminale θ, sicut λέγω, ἐλέχθην· πλέχθην. *Dico virtualitèr, quoniam ζ et σσ interdum faciunt fut. 1. in ξ, in quo æ est implicitum, et per consequens, γ, χ.*

Διηράξαντο. Constat esse aor. 1. med. voc. à termino αντο, unà cum σ quod est implicitum in ξ, ut ...ξαντο, quo rejecto et addito termino communi ω restabit διηράκω, quod non invenies in Lexico, neque διηράγω, διηράχω, aut διηραζω, vel διηράσσω· debes igitur concludere te non advertere incrementum temporale η, quod si vertas in ε dein quæras iterum nè tum quidem invenies; verso verò in α reperies esse, ἀράσσω, *amputo, abscindo, illido*, et metaphoricè *impeto*; ut ὀνείδεσιν ἀράσσειν τινά, *conviliis impetere aliquem*; cujus generis verba in præteritis pariunt tyronibus amplam difficultatem; etenim quindecim verba sunt illis inquirenda, scil. ἐράγω, ἐράκω, ἐράχω, ἐράζω, vel ἐράσσω· præterea ἀράγω, ἀράκω, ἀράχω, ἀράζω, sive ἀράσσω· et quinque superiora scil. ἠράγω, ἠράκω, ἠράχω, ἠράζω, sive ἠράσσω. Etenim quæ habent figurativas Palatinas addito σ ex parte futuri efficerent in illo ξ juxta Regulam, quæ verò habent pro figurativis ζ vel σσ, ut ex ordine δευτεροτρίτον poterant habere ξ in futuro. Prætereà juxta temporalis incrementi Regulam, vocalis thematica ε vel α verteretur in η, et hoc modo unum verbum in præteritis immutatum, si Thema ipsum et ipsius significationem ignoret, meritò Tyroni imò et cuilibet altari ad unguem omnes Regulas Grammaticas callenti multifariam creabit difficultatem quæ non potest superari aliter nisi usu. Beatior sanè est Lingua Latina, quia longè naturâ facilior; sed χαλεπὰ τὰ καλά.

Κεκλῶσθαι. Præteritum est perf. pass. inf. Rejiciatur incrementum syllabicum κε, et terminus αι, à parte pòst, cum terminalibus consonantibus σθ· restat κλω· σ vero indicat esse aliquam figurativam dentalem, vel ζ vel σσ. sed non erit nisi κλώθω, *glomero* vel *neo*; quia dissyllabùm, ut et πεπρῆσθαι, à πρήθω, *incendo*.

Διεληλυθότες. Constat esse participium præteriti perfecti, mediæ vocis, numeri pluralis, generis masculini, à termino ότες, et figurativâ præsentis, quibus rejectis unà cum ἐπαναλῆψει Atticâ priorum literarum Thematis, et verso incremento temporali η in ε, et addito termino ω, restabit διελέθω· sed hoc non est nisi addatur præpositiva ε, ut fiat diphthongus ευ, quâ addita, Thema est διελεύθω, inusitatum, pro quo διέρχομαι, *prætereo*, et per Metaphoram *dissere*, seu *oratione percurro*; in formando hoc præterito medio ε rejicitur, non per Regulam communem, quia penultima præt. med. non mutatur, nisi fuerit una harum quatuor, α, αι, ε, ει, ut θάλλω τέθηλα· κλαζω, κεκλαγα, φαίνω, πέφηνα· νέμω, νένομα· et λείπω, λέλοιπα· sed rejicitur more Atticorum, et κατ' ἐπανάληψιν priorum literarum præsentis, idque in verbis hyperdissyllabis in quibus corripitur penultima, ut ἐλεύθω, ἤλυθα, communiter et ἐλήλυθα, Atticè; ἀκούω, ἤκοα, et Atticè ἀκήκοα· ἀλείφω, ἤλοιφα, ἀλήλοιφα et similia.

Μεθαρμοσθεῖσα. Particip. aor. 1. pass. undè rejiciendum est σθεῖσα, σ indicabit esse aliquam dentalem vel σσ vel ζ, et erit μαθαρμόζω, *coaplo*, quia trissyllabum, ut ἐξεργασθεῖσα, ab ἐξεργάζομαι, *perficio*.

Κεκάσθαι. Est infinitivum præteriti perf. pass. vocis. Cognoscitur à tono in penultimâ, incremento duplicato κε, et termino unà cum terminali θ, et Hotetheto σ· quibus rejectis et addito termino ω, sit κάω,——quod cùm non sit, neque erit κάδω, κάθω, κάτω, seu κάσσω. restat esse κάζω, *orno et decoro*, verbum Poëticum, ut apud Homerum, Ἰλιαδ. ῥαψ. ver. 546.

> Τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι.
> *Horum te, senex, divitiisque et filiis aiunt exornatum fuisse.*

Διεχειρισάμην. Aor. 1. med. rejiciatur ε et terminus σαμην· et quia restat ι, et verbum est polysyllabum, ideo, ζ est figurativa, scil. διαχειρίζω, *tracto*, ut εκοριcάμην, à κορίζομαι, seu κορίζω, *comparo*.

Πεπυκασμένα. Est particip. perf. et plusq. perf. pass. quare rejiciendum est incrementum syllabicum πε, et in fine μενα, unà cum σ Hotetheto, quod est indicium ejus figurativam esse dentalem, vel ζ vel σσ, et est quidam ζ, viz. πυκάζω, *denso*, seu *tego*, quoniam polysyllabum.

Σεσηρότες. Est particip. perf. med. quare rejicienda est duplicatio in initio σε, et in fine terminus participialis ότες et quoniam η habet ι subscriptum, ideòque cùm sit impropria diphthongus vertetur in propriam, viz. αι, et addito termino generali ω, verbum erit σαίρω, *scopis purgo*, ut πεφηνότες, à φαίνω. Verba hujusce ordinis, scil. immutabilium, feliciùs et citiùs reperiuntur quàm cætera; quia servant figurativum Thematicam. Excepto ν, quod solet mutari interdum vel in γ vel in μ, prout in Regulis videre est.

Ἐπῆρσε. Vocabulum in Homero, et juxta meas Regulas video esse aor. 1. act. voc. ab σ explicito. Prætereà puto ε esse incrementum syllabicum, quo rejecto unà cum σε, et addito ω, restabit πήρω, quo quæsito et haud invento, concludam π non esse Thematicam literam, sed præpositionis ἐπί, quâ rejectâ, restabit ἤρω, quod si quæram non inveniam: dicam igitur η esse temporale incrementum, quod si vertam in ε, erit ἔρω, quod tamen non est, quia est ἄρω, *aplo*, cujus futurum facit communiter ἀρῶ, et Æolicè ἄρσω, et ex hoc ἦρσε, et cum præpositione ἐπί, ἐπῆρσε, ut apud Homerum, Ἰλιαδ. ῥαψ. ξ. ver. 166.

De Resolutione Verborum.

——τὸν οἱ φίλος υἱὸς ἔτευξεν
Ἥφαιστος, πυλινάς τε θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσε.

Παθαίνασθαι. Est aor. 1. infin. med. ideoque ασθαι rejecto, et versâ η, impropriâ diphthongo, in α p pri[…]et termino passivæ vocis adjecto, erit παθαινομαι, *vehementer afficior.*

'Επισημηνάμενος Cognoscitur esse particip. a. 1. med. per terminum αμένος, in quo σ potentiale subintell tur: quare rejecto termino αμένος, et versâ impropriâ dipthongo η in αι, et addito gene termino ω, est ἐπισημαίνω, *indicium facio* seu *significo.*

'Επανασεισθῆναι. Cognoscitur esse aor. 1. pass. infin. per terminum θῆναι, quo rejecto, σ Hotethetum in cabit esse verbum tertii et quarti, vel saltem sexti ordinis, et ultimum erit: nam illo ter no cum σ rejecto, et addito communi termino pass. ομαι, erit ἐπανασείομαι, *adversus alique concutior,* à σείω.

'Επιτετροπευμένος. Hæc vox est particip. præt. perf. pass. à quâ, rejecto μένος, et duplicato τε à parte ante addito termino act. ω, vel pass. ομαι, verbum erit ἐπιτροπεύω, vel ἐπιτροπεύομαι, *procuro, admi stro, in tutelâ habeo.* Hujusce generis verba rectè nulloque negotio inveniuntur, propter dip thongum figurativum ευ.

'Επεπυργώμεθα. Est plusquam perf. pass. undè rejecto in initio incremento ἐπε, et in fine μεθα, restat πυρ deindè ώ in ό verso additoque terminali ω, fit πυργόω, *munio,* seu *turribus urbem instruo,* à no mine πύργος *turris.* Hujusce generis verba nullâ difficultate deprehenduntur; quia om ferè sunt derivata à nominibus, ac proindè solent mutare figurativam ο præsentis in ω i ipso futuro, ut videre est in Regulis nostris de futuro activæ vocis.

'Εῤῥοφήσθω. Constat esse in perfecto pass. mod. imperat. tertiam personam; quare rejiciendum est ἐ, u cum ρ, et in fine σθω, cum σ Philotheto, et verso η in α, et addito communi termino ω, fit ῥοφά quod etiam et ῥοφέω, recte dicitur *sorbeo et exhaurio.* Hujusce quoque generis verba facilè de prehenduntur; nam η figurativa longa est indicium quòd figurativa primitiva erat α vel ε neque σ vobis dubium creet; quod licèt non admittatur in primâ persona præter-perf. pas quando figurativæ breves mutantur in longas, tamen quoties θ terminalis subsequitur, ibi desideratur, atque ideò vocatur σ Philothetum.

'Απελαθήσεσθαι. Est fut. 1. pass. infinit. quare θήσεσθαι rejecto, restat α figurativa, cui addito termino ω, fit ἀπελάω inusitatum, pro quo ἀπελαύνω, *abigo:* in hoc verbo debuerat esse σ Hotethetum, ut πε λασθήσεσθαι, à γελάω· πετασθήσεσθαι, à πετάω, secundùm Regulam; sed ἐλάω, *pello,* facit ἐλάσω et ἤλασμαι.

'Αναδραμών. Est Part. aor. 2. act. ων participii termino rejecto, verso α in ε, additoque termino ω fit ἀνα δρέμω inusitatum, pro quo ἀνατρέχω, *recurro.*

Κατέβη. Aor. 2. verbi in μι· rejecto enim incremento ε, additoque termino verborum in μι, fit κατα βίωμι, *vivo.* Diximus enim in his temporibus figurativam servari longam, ut γνῶμι, aor. 2. ἔγνων, ἔγνως· sic et βιῶμι, aor. 2. ἐβίων, ως, ω, &c.

Καταγῆς. Aor. 2. pass. à quo rejecto εις termino participiali, et additò communi termino ω fit κατάγω, *confringo,* inusitatum, pro quo κατάγνυμι.

'Απέδρα. Aor. 2. act. cujus incremento rejecto et figurativâ α versâ in η, et cum termino verborum in μι, fit ἀπόδρημι, *aufugere.* Hoc esset ἀπέδρη juxta Regulam, quia aor. 2. solet servare figurati- vam longam; sed unum est eorum quæ excipiuntur.

Παρέβη. Aor. 2. act. verbi in μι, quod cognoscitur à figurativâ η· quare incremento rejecto, et addito terminò μι fit παράβημι inusitatum pro quo παραβαίνω. *transgredior.*

Ut autem memoriæ aliquod sit levamen, et ut constet omnibus unam esse verborum Bary- tonorum conjugationem, et alteram verborum in μι, tabulam sequentem exaravimus: quæ in formandis et resolvendis verbis respicienda est; illius enim cuncti termini sicut in formandis verbis adduntur, ita in resolvendis rejiciuntur.

TERMINATIONES BARYTONORUM.

INDICATIVI.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.
Præsens.	A	ω	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι
	P	ομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	ομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
Imperf.	A	ον	ες	ε		ετον	έτην	ομεν	ετε	ον
	P	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
	M	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
Aor. β.	A	ον	ες	ε		ετον	έτην	ομεν	ετε	ον
	P	ην	ης	η		ητον	ήτην	ημεν	ητε	ησαν
	M	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο
Futur. β.	A	ῶ	εῖς	εῖ		εῖτον	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	οῦσι
	P	ήσομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	οῦμαι	ῆ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
Futur. α.	A	ω	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι
	P	θήσομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
	M	ομαι	η	εται	in 3. prior. decl. ut in præs.; in 4. ut in f. 2.					
Aor. α.	A	α	ας	ε		ατον	άτην	αμεν	ατε	αν
	P	θην	θης	θη		θητον	θήτην	θημεν	θετε	θησαν
	M	άμην	ω	ατο	άμεθον	ασθον	άσθην	άμεθα	ασθε	αντο
Perfect.	A	α	ας	ε		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι
	P	μαι	σαι	ται	μεθον	θον	θον	μεθα	θε	νται, μένοι εἰσί
	M	α	ας	ε		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι
Plusq. perf.	A	ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν
	P	μην	σο	το	μεθον	θον	θην	μεθα	θε	ντο, μένοι ἦσαν
	M	ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν
P. post F.	P	ομαι	η	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται

IMPERATIVI.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1	2.	3.
Præsens.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
	M		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
Aor. β.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		ηθι	ήτω		ητον	ήτων		ητε	ήτωσαν
	M		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν
Aor. α.	A		ον	άτω		ατον	άτων		ατε	άτωσαν
	P		θητι	θήτω		θητων	θήτων		θητε	θήτωσαν
	M		αι	άσθω		ασθον	άσθων		ασθε	άσθωσαν
Perfect.	A		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν
	P		σο	θω		θον	θων		θε	θωσαν
	M		ε	έτω		ετον	έτων		ετε	έτωσαν

Terminationes Verborum contractorum in ΕΩ.

Indicativi.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A	ῶ	εῖς	εῖ		εῖτον	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	οῦσι
	P	οῦμαι	ῇ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
	M	οῦμαι	ῇ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται
Imperf.	A	ουν	εις	ει		εῖτον	είτην	οῦμεν	εῖτε	ουν
	P	ούμην	οῦ	εῖτο	ούμεθον	εῖσθον	είσθην	ούμεθα	εῖσθε	οῦντο
	M	ούμην	οῦ	εῖτο	ούμεθον	εῖσθον	είσθην	ούμεθα	εῖσθε	οῦντο

Imperativi Verb. in έω.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A		ει	είτω		εῖτον	είτων		εῖτε	είτωσαν
	P		οῦ	είσθω		εῖσθον	είσθων		εῖσθε	είσθωσαν
	M		οῦ	είσθω		εῖσθον	είσθων		εῖσθε	είσθωσαν

Terminationes Verborum contractorum in ΑΩ.

Indicativi.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A	ῶ	ᾷς	ᾷ		ᾶτον	ᾶτον	ῶμεν	ᾶτε	ῶσι
	P	ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται
	M	ῶμαι	ᾷ	ᾶται	ώμεθον	ᾶσθον	ᾶσθον	ώμεθα	ᾶσθε	ῶνται
Imperf.	A	ων	ας	α		ᾶτον	άτην	ωμεν	ᾶτε	ων
	P	ώμην	ῶ	ᾶτο	ώμεθον	ᾶσθον	άσθην	ώμεθα	ᾶσθε	ῶντο
	M	ώμην	ῶ	ᾶτο	ώμεθον	ᾶσθον	άσθην	ώμεθα	ᾶσθε	ῶντο

Imperativi Verb. in άω.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A		α	άτω		ᾶτον	άτων		ᾶτε	άτωσαν
	P		ῶ	άσθω		ᾶσθον	άσθων		ᾶσθε	άσθωσαν
	M		ῶ	άσθω		ᾶσθον	άσθων		ᾶσθε	άσθωσαν

Terminationes Verborum in ΟΩ.

Indicativi.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A	ῶ	οῖς	οῖ		οῦτον	οῦτον	οῦμεν	οῦτε	οῦσι
	P	οῦμαι	οῖ	οῦται	ούμεθον	οῦσθον	οῦσθον	ούμεθα	οῦσθε	οῦνται
	M	οῦμαι	οῖ	οῦται	ούμεθον	οῦσθον	οῦσθον	ούμεθα	οῦσθε	οῦνται
Imperf.	A	ουν	ους	ου		οῦτον	ούτην	οῦμεν	οῦτε	ουν
	P	ούμην	οῦ	οῦτο	ούμεθον	οῦσθον	ούσθην	ούμεθα	οῦσθε	οῦντο
	M	ούμην	οῦ	οῦτο	ούμεθον	οῦσθον	ούσθην	ούμεθα	οῦσθε	οῦντο

Imperativi Verb. in όω.		Sing. 1.	Sing. 2.	Sing. 3.	Dual. 1.	Dual. 2.	Dual. 3.	Plural. 1.	Plural. 2.	Plural. 3.
Præsens.	A		οῦ	ούτω		οῦτον	ούτων		οῦτε	ούτωσαν
	P		οῦ	ούσθω		οῦσθον	ούσθων		οῦσθε	ούσθωσαν
	M		οῦ	ούσθω		οῦσθον	ούσθων		οῦσθε	ούσθωσαν

Terminationes Verborum in μι, quæ descendunt à Verbis in έω, άω, όω, ύω.

INDICATIVI.			Sing. 1.	2.	3.		Dual. 1.	2.	3.	Plur. 1.	2.	3.
Præsens.	A PM	[illegible] η, η, ω, υ ε, α, ο, υ	μι μαι	ς σαι	σι ται	ε α ο υ	μεθον	τον σθον	τον σθον	μεν μεθα	τε σθε	1. 2. 3. 4. ῖι, ᾶ, ἕ, ῦ, σι νλαι
Imperf.	A PM	[illegible] η, η, ω, υ ε, ά, ό, ύ	ν μην	ς σω	1. 2. 3. 4. η, η, ω. υ, το	ε α ο υ	μεθον	τον [illegible]	τον σθην	μεν μεθα	τε σθε	σαν νλο
Indef. β.	A M	[illegible] η, η, ω ε, ά, ό	ν μην	σ σο	1. 2. 3. η, η, ω το		μεθον	τον σθον	την σθην	μεν μεθα	τε σθε	σαν νλο

Imperativi.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plur. 1.	2.	3.
Præsens.	A PM		[illegible] ελι, α, ο, υ, θι ε, α, ο, υ, σο	τω σθω		τον σθον	των σθων		τε σθε	τωσαν σθωσαν
Indef. β.	A M		[illegible] ες, ῆ, ός, θι ί, ά, ό, σω	τω σθω		τον σθον	των σθων		τε σθε	τωσαν σθωσαν

Optativi Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plur. 1.	2.	3.	Infinitiv.	Participium.
οιμι οίμην οίμην	οις οιο οιο	οι οιλο οιλο	 οίμεθον οίμεθον	οιλον οισθον οισθον	οίλην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οίμεθα	οιλε οισθε οισθε	οιεν οινλο οινλο	ειν εσθαι εσθαι	ών, ουσα, ον όμενος, η, ον όμενος, η, ον

Imperfectum idem cum Præsenti.

οιμι ίιην οίμην	οις ίιης οιο	οι ίιη οιλο	 οίμεθον	οιλον ίιηλον οισθον	οιλην ειήλην οίσθην	οιμεν είημεν οιμεθα	οιλε ίιηλε οισθε	οιεν ειησαν οινλο	ῖιν ῆναι εσθαι	ών, οῦσα, όν ίις, ῖισα, ὶν όμενος, η ον
οῖμι ησοιμην οίμην	οις οιο οῖο	οῖ οιλο οῖλο	 οίμεθον οίμεθον	οῖλον οῖσθον οῖσθον	οίλην οίσθην οίσθην	οῖμεν οίμεθα οίμεθα	οῖλε οισθε οῖσθε	οῖεν οινλο οῖνλο	ῖιν ήσεσθαι ῖισθαι	ῶν, οῦσα, οῦν όμενος, η, ον ούμενος, η, ον
οιμι θησοιμην οιμην	οις οιο οιο	οι οιλο οιλο	 οίμεθον ο μεθον	οιλον οισθον οισθον	οιλην οίσθην οίσθην	οιμεν οίμεθα οιμεθα	οιλε οισθε οισθε	οιεν οινλο οινλο	ειν εσθαι εσθαι	ων, ουσα, ον όμενος, η, ον μενος, η, ον
αιμι θίιην αίμην	αις θίιης αιο	αι θίιη αιλο	 αίμεθον	αιλον θίιηλον αισθον	αιλην θειήλην αίσθην	αιμεν θίιημεν αιμεθα	αιλε θίιηλε αισθε	αιεν θίιησαν αινλο	αι θῆναι ασθαι	ας, ασα, αν θιις, θῖισα, θὶν άμενος, η, ον
οιμι μένος ἴιην οιμι	οις ἴιης οις	οι ἴιη οι	ω	οιλον ἴιηλον οιλον	οίλην ιιήλην οίλην	οιμεν οι ἴιημεν οιμεν	οιλε ἴιηλε οιλε	ιεν ἴιησαν οιεν	ἶναι θαι ίναι	ώς, υῖα, ός, μένος, η. ον ώς, υῖα, ος

Plusquam-perfectum ut Perfectum.

Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinit.	Particip.
οίμην	οιο	οιτο	οίμεθον	οισθην	οίμηθα	οισθε	οιντο	εσθαι	ομενος, η, ον	

Subjunct: Sing. Dual. Plural.

		1.	2.	3.	1.	2.	3.	1.	2.	3.
Pr. & Im.	A	ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι
	P	ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται
	M	ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται
In. β.	A	ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι
	P	ῶ	ῇς	ῃ		ῆτον	ῆτον	ῶμεν	ῆτε	ωσι
	M	ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται
In α.	A	ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι
	P	θῶ	θῇς	θῃ		θῆτον	θῆτον	θῶμεν	θῆτε	θῶσι
	M	ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται
Per. & P.	A	ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι
	P	μένος ῶ	ῇς	ῇ	ω	ῆτον	ῆτον	οι ὦμεν	ῆτε	ὦσι
	M	ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι

Hactenus de Barytonis. Sequuntur Circumflexa, quæ contrahuntur in Præsenti et Imperfecto omnium modorum, at in reliquis formantur ut Barytona, in έω, άω, όω, ex quibus contrahuntur.

Verborum in έω.

Optativi Sing. Dual. Plural.

		1.	2.	3.	1.	2.	3.	1.	2.	3.	Infinit.	Part.
Pr. & Im.	A	οῖμι	οῖς	οῖ		οῖτον	οίτην	οῖμεν	οῖτε	οῖεν	εῖν	
	P	οίμην	οῖο	οῖτο	οίμεθον	οῖσθον	οίσθην	οίμεθα	οῖσθε	οῖντο	ῖισθαι	
	M	οίμην	οῖο	οῖτο	οίμεθον	οῖσθον	οίσθην	οίμεθα	οῖσθε	οῖντο	εῖσθαι	
P. & P.p.	P	ήμην	ῆσο	ῆτο	ήμεθον	ῆσθον	ήσθην	ήμεθα	ῆσθε	ηντο	ῆσθαι	ημένος, η, ον

Subjunct. Sing. Dual. Plural.

		1.	2.	3.	1.	2.	3.	1.	2.	3.	Particip.
Pr & Im.	A	ῶ	ῇς	ῇ		ῆτον	ῆτον	ῶμεν	ῆτε	ῶσι	ῶν, οῦσα, οῦν
	P	ῶμαι	ῇ	ῆται	ώμεθον	ῆσθον	ῆσθον	ώμεθα	ῆσθε	ῶνται	ούμενος, η, ον
	M	ut Passiva. Perf. pass. πεποιῶμαι, ῇ, ῆται, ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον, ώμεθα, ησθε, ῶνται.									

Verborum in άω.

Optativi Sing. Dual. Plural.

		1.	2.	3.	1.	2.	3.	1.	2.	3.	Infinit.	Part.
Pr. & Im.	A	ῷμι	ῷς	ῷ		ῷτον	ῴτην	ῷμεν	ῷτε	ῷεν	ᾷν	
	P	ῴμην	ῷο	ῷτο	ῴμεθον	ῷσθον	ῴσθην	ῴμεθα	ῷσθε	ῷντο	ᾶσθαι	
	M	ῴμην	ῷο	ῷτο	ῴμεθον	ῷσθον	ῴσθην	ῴμεθα	ῷσθε	ῷντο	ᾶσθαι	
P. & P. p.	P	ήμην	ῆσω	ῆτο	ήμεθον	ῆσθον	ήσθην	ήμεθα	ῆσθε	ῆντο	ῆσθαι	ημένος, η, ον

Verborum in άω

ubjunct.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.
r. & m.	A P M	ῶ ῶμαι	ᾷς ᾷ	ᾷ ᾶται	 ώμεθον	ᾶτον ᾶσθον	ᾶτον ᾶσθον	ῶμεν ώμεθα	ᾶτε ᾶσθε	ῶσι ῶνται	ῶν ῶσα, ῶν ώμενος, η, όν
		ut Passiva. Perf. Pass. βεβοῶμαι, ῇ, ῆται, ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον, ώμεθα, ῆσθε, ῶνται.									

Verborum in όω

)ptativi		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinit.
Pr. & Im	A P M	οῖμι οίμην οίμην	οῖς οῖο οῖο	οῖ οῖτο οῖτο	 οίμεθον οίμεθον	οῖτον οῖσθον οῖσθον	οίτην οίσθην οίσθην	οῖμεν οίμεθα οίμεθα	οῖτε οῖσθε οῖσθε	οῖεν οῖντο οῖντο	οῦν οῦσθαι οῦσθαι.

												Part.
P. & P.p.	P	ῴ	ῷο	ῷτο	ῴμεθον	ῷσθον	ῴσθην	ῴμεθα	ῷσθε	ῷντο	ῶσθαι	ωμενος

Subjunct.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.
Pr. & Im.	A P M	ῶ ῶμαι	οῖς οῖ	οῖ ῶται	 ώμεθον	ῶτον ῶσθον	ῶτον ῶσθον	ῶμεν ώμεθα	ῶτε ῶσθε	ῶσι ῶνται	ῶν, οῦσα, οῦν ούμενος, η, ον
		ut Passiva. Perf. Pass. κεχρυσῶμαι, ῷ, ῶται, ώμεθον, ῶσθον, ῶσθον, ώμεθα, ῶσθε, ῶνται.									

Verborum in μι.

Optativi		Sing. 1.2.3.	1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Infinit.
Pr.& Im.	A PM	ε͂ω ᾶω ο͂ω ίη, αί, οί, ίη, αί, οί,	ην μην	ης ˜ο	ης ˜το	 μεθον	ητον ˜σθον	ήτην ˜σθην	ημεν μεθα	ητε ˜σθε	ησαν, εν ˜ντο	ί, ά, ό, ύ, -ναι ε, α, ο, υ, -σθαι
		Præteritum Perfect. Passiv.										
P. & P. p.	P	ε͂ω ᾶω ο͂ω ίη, αί, οί,	μήν	˜ο	˜το	μεθον	˜σθον	σθην	μεθα	˜σθε	˜ντο	
In.2	A M	ε͂ω ᾶω ο͂ω ίη, αί, οί, ίη, αί, οί.	ην μην	ης ˜ο	ης ˜το	 μεθον	ητον ˜σθον	ήτην σθην	ημεν σθην	ητε ˜σθε	ησαν, εν ˜ντο	ῖι, ᾶι, ῦι, -ναι ίσθαι, ό, σθαι

Subjunct.		Sing. 1.	2.	3.	Dual. 1.	2.	3.	Plural. 1.	2.	3.	Particip.	
A PM		ε͂ω ᾶω ο͂ω ω ωμαι	1. 2. 3. ῇς, ᾷς, ῷς, ῃ, ᾷ, ῳ,	1. 2. 3. ῇ, ᾷ, ῷ, ται	 ώμεθον	˜τον ˜σθον	˜τον ˜σθον	ῶμεν ώμεθα	˜τε ˜σθε	ῶσι ῶνται	εὶς, εῖσα, ὲν, ὰς, ᾶσα, ὰν, οὺς, οῦσα, όν,	έμενος άμενος όμενος
A M		ε͂ω ᾶω ο͂ω ῶ ῶμαι	ῃς, ῃς, ῳς, ῃ, ῃ, ῷ,	ῇ, ῃ, ῷ, ται	 ώμεθον	˜τον ˜σθον	˜τον ˜σθον	ῶμεν ώμεθα	˜τε ˜σθε	ῶσι ῶνται	εὶς ὰς, οὺς,	έμενος άμενος όμενος

CONSTANTINI RHODOCANACIDIS CHIENSIS

TRACTATUS ALTER

DE

ARTICULIS.

Articulus duplex est, unus præpositivus, postpositivus alter. Præpositivus dicitur προτακτικὸν ἄρθρον, quòd Nominibus, Participiis, et interdum Verbis Infinitivi Modi, Pronominibus, Conjunctionibus, necnon Adverbiis præponitur. Postpositivus verò dicitur Græcè ὑποτακτικὸν, quòd Nominibus tantùm postponitur, ideoque fungitur officio Pronominis relativi, ut significatio ostendit, ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quæ, quod*. Nos autem de præpositivo tantùm agimus, qui accuratè loquendo solus est Articulus.

Reg. I. *Quando sermo est de re quâpiam certâ*, de quâ viz. nobis constat, *tunc nomen illud gaudet articulo; sin minus, respuit*; ut Isocr. ad Nicol, Ὅλως γάρ, εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, οὔτε τῶν σιτίων χαίροντας τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὔτε τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καλλίστοις· in quo exemplo φύσεις, ἀνθρώπων, σιτίων, et ἐπιτηδευμάτων, ut omnibus nota, articulum habent. Hæc regula sola penè sufficeret, ut de usu Articuli minimè dubitaremus; pergamus tamen alias præscribere, quæ variis exemplis eandem illustrabunt.

Reg. II. *Nomen Substantivum seu Appellativum, si conjunctum habet adjectivum, exigit articulum*; ita *tamen ut si adjectivum præponatur, unicus articulus ipsi præfixus sufficiat*. Demosth. pro Coronâ: Σκοπεῖτε δὲ τί χρῆν τὸν εὔνουν πολίτην ποιεῖν, ϗ τί τὸν μετὰ πάσης ϗ προνοίας ϗ προθυμίας, ϗ δικαιοσύνης ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολιτευόμενον. Ubi εὔνουν adjectivum, quia præponitur Appellativo πολίτην, contentum est unico articulo.

Quod si adjectivum postponatur, opus est duplici articulo, uno scil. pro adjectivo, pro Appellativo seu Substantivo altero. Lysias contra Eratosthenem; Ὑμεῖς δὲ πάντες ὀργίζεσθε, ὅσοι εἰς τὰς οἰκίας ἤλθον τὰς ὑμετέρας. Idem in Nicom. Εἰ γὰρ ἔτος μὴ πλείω ἀνέγραψεν, ἓξ τάλαντα εἰς τὰς θυσίας τὰς πατρίους ἂν ἐξήμιωσεν, &c.

Quod si Adjectivum in priori loco desideratur, articulus tamen repeti debet. Ut Demosth. pro Coronâ; Ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας ἐπὶ τοὺς Φωκέας, εὐπρεπῆ ποιήσαιτο· ubi τῆς ἐπὶ τοὺς Φωκέας, subintelligitur susceptæ.

Ista repetitio articuli fieri etiam solet maximâ cum venustate, si Nomen Substantivum sequatur genitivus possessivus; et potissimùm si intercedat Verbum inter duo illa Nomina. Hic casus etenim æquipollet adjectivis, ubi cùm genitivus possessivus juxta Regulam quartam requirit suum articulum, articulus repetendus præponi debet articulo nominis possessivi. Demosth. pro Coronâ; Συμφέρει δὲ Φιλίππῳ ϗ Φωκεῦσι ϗ ὑμῖν ὁμοίως ἅπασι τῆς ἀναλγησίας ϗ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων ubi articulus τῆς τῶν Θηβαίων repetitur designando molestiam et stupiditatem Thebanorum.

Reg. III. *In definiendis rebus, neque subjectum, neque attributum exigit articulum*. Aristot. ad Nicom. Ἀρετή ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένῃ λόγῳ ἢ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε. Et in Topicis; Ἐστὶ δὲ συλλογισμὸς, λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερον τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. In quibus exemplis non præfigitur articulus, nominibus ἀρετὴ et συλλογισμὸς, ut subjectis; nec nominibus ἕξις et λόγος, ut prædicatis. Sæpè tamen præfigitur articulus subjectis, ac potissimùm apud Oratores, sed non prædicatis; ut Demosth. pro Coron. Ἵνα τοίνυν ϗ τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τῶν Εὐβοέων ϗ τῶν Βυζαντίων ἐποιήσατο, συκοφαντίας οὔσας ἀποδείξω, &c. in quo exemplo nomini βλασφημίας, quod est subjectum, præponitur articulus, at nomini συκοφαντίας non item, veluti prædicato.

Reg. IV. *Genitivus possessivus Nominis vel Participii, imò et Nomen ipsum, à quo possessivum regitur, gaudent articulis*; ut Demosth. pro Coron. Ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία ϗ προαίρεσις, ἄν τις ὀρθῶς σκοπῇ, ταῖς τῶν πότε ἐπαινουμένων ἀνδρῶν ὁμοία, ϗ ταυτὰ βουλομένη φανήσεται, ἡ δὲ σὴ ταῖς τῶν τοὺς τοιούτους νῦν συκοφαντούντων. Ubi nomini, unà cum participio ἐπαινουμένων et συκοφαντούντων, præfigitur Articulus. Præterea in hoc exemplo observandi sunt articuli, qui immediatè gaudent poni; ut ταῖς, τῶν, τοὺς, &c. Insuper licèt non exprimatur nomen substantivum in secundo membro periodi, viz. πολιτείας· magno tamen cum lepore subintelligitur, quemadmodum et in priori. Interdum verò hic articulus genitivi possessivi omittitur, et potissimùm in nominibus propriis, ut in exemplo septimæ Regulæ videre est. Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, &c. et Demosthen. pro Coronâ; Οὐ δέ γ' ἡττήθην ἐγὼ τοῖς λογισμοῖς Φιλίππου.

Reg. V. *Nomen quod ante se, vel post se, habet Pronomen* ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, vel οὗτος, αὕτη, τοῦτο, *semper exigit articulum*. Demosthen. pro Coronâ; Δῆλον γὰρ ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, &c.